

CLARISSIMO VIRO D. GEORGIO COmiti ab Erpach, Palatinatus Rheni Archipincernæ, Præſidi Alſatiæ &c. Domino ſuo Clementi, Philippus Melanchthon. S.



VM PRO ea admiratione, quã de te, Clariſſime uir, q̃ tempore & Lipſię te primum uidebã, & de rebus grauiſſimis, ut tũ forte inciderant, cum ſumma prudentia, ſummaq; facundia diſſerentem audiebam, concepi, ſingulari quodã ſtudio erga te accenſus fuiſſem, iã olim equidem optaui, animum atq; uoluntatem hanc meam digno atq; idoneo aliquo argumẽto tibi declarare poſſe. Ea enim pulcherrimarum rerum propria quædam uis eſt, ut non ſolum animorum noſtrorum ſenſus, recordatione ſui afficiant atq; oblectẽt, uerum etiã eiuſmodi

eiuſmodi deſyderio impletos a ſe dimittant, ut quãtumuis procul amotus atq; ſepoſitus fueris, ſubinde tamen recurrere & ad ea quę abſunt, præſens referri, tibi uideare. Et quēadmodum in excellentibus picturis ac tabulis accidere nobis ipſi uidemus, ut oculi noſtri contemplando, ſatiari fere nunq̃ poſſint, ſemperq; nouum aliquid ſpectantibus nobis ſeſe offerat, quod diſcedentes ultro alliciat, detineatq;, ita ipſa uirtus quoq; ſenſus atque cogitationes noſtras trahit, neq; unq̃ a ſui admiratione quieſcere, longiusue recedere permittit. Itaq; etiam fit, ut non modo ipſi intra nos earum rerum, quarum ſtudio atq; amore ita tenemur, uoluptatem capere contenti ſimus, uerum etiam neſcio qua ui compulſi aliis quoq; eadem illa, quibus nos afficimur, prædicare atq; cõmendare ſubinde ſtudeamus: ac perinde atq; ungẽto aliquo delibuti odores noſtros in obuios ac proximos quoſq; diffundimus. Proinde cũ eodem modo erga te, Clariſſ. uir, ego quoq; cõmotus & incenſus iam diu eſſem, cuperemq; ſtudiũ atq; affectum hunc meũ etiam opere, ac ceu manifeſto aliquo ſigno, teſtatũ facere, nuper poſteaq̃ Lucianicũ in Demoſthenem Encomium ſcholæ noſtræ publice interpretandũ cœpiſſem, ipſumq; libellum pro meo more ac modo, Latina oratione uertiſſem, operã



ENCOMIVM DEMOſthenis ex Luciano iam primum uerſum & æditum, authore Philippo Melanchthone.

ADDITAE SVNT duæ grauißimæ Orationes Iſocratis Latine uerſæ.



CLARISSIMO VIRO D. GEORGIO COmiti ab Erpach, Palatinatus Rheni Archipincernæ, Præſidi Alſatiæ &c. Domino ſuo Clementi, Philippus Melanchthon. S.



CVM PROea admiratione, quā de te, Clariſſime uir, q̄ tempore & Lipſię te primum uidebā, & de rebus grauiſſimis, ut tū forte inciderant, cum ſumma prudentia, ſummaq; facundia diſſerentem audiebam, concepi, ſingulari quodā ſtudio erga te accenſus fuiſſem, iā olim equidem optaui, animum atq; uoluntatem hanc meam digno atq; idoneo aliquo argumēto tibi declarare poſſe. Ea enim pulcherrimarum rerum propria quædam uis eſt, ut non ſolum animorum noſtrorum ſenſus, recordatione ſui afficiant atq; oblectēt, uerum etiā

eiuſmodi

eiusmodi desyderio impletos a se dimittant, ut quãtumuis procul amotus atq; sepositus fueris, subinde tamen recurrere & ad ea quę absunt, præsens referri, tibi uideare. Et quẽadmodum in excellentibus picturis ac tabulis accidere nobis ipsi uidemus, ut oculi nostri contemplando, satiari fere nunq̃ possint, semperq; nouum aliquid spectantibus nobis sese offerat, quod discedentes ultro alliciat, detineatq;, ita ipsa uirtus quoq; sensus atque cogitationes nostras trahit, neq; unq̃ a sui admiratione quiescere, longiusue recedere permittit. Itaq; etiam fit, ut non modo ipsi intra nos earum rerum, quarum studio atq; amore ita tenemur, uoluptatem capere contenti simus, uerum etiam nescio qua ui compulsi aliis quoq; eadem illa, quibus nos afficimur, prædicare atq; cõmendare subinde studeamus: ac perinde atq; ungẽto aliquo delibuti odores nostros in obuios ac proximos quosq; diffundimus. Proinde cũ eodem modo erga te, Clariss. uir, ego quoq; cõmotus & incensus iam diu essem, cuperemq; studiũ atq; affectum hunc meũ etiam opere, ac ceu manifesto aliquo signo, testatũ facere, nuper posteaq̃ Lucianicũ in Demosthenem Encomium scholæ nostræ publice interpretandũ cœpissem, ipsumq; libellum pro meo more ac modo, Latina oratione uertissem, operã

hanc noſtram dedicandam tibi, tuoq; nomi-
ni inſcribendam mihi eſſe putaui: non aliã
certe ob cauſam, quam ut ſingularem iſtam
tuam eloquentiam ſingulari quoq; eloquen
tiæ exemplo, non meo quidem illo, ſed eius
cui Encomium hoc dictum eſt, publice com
mendarem. Nam cum tanta tua in dicendo
prudẽtia tantaq; copia tibi ſit, quantam uix
puto me ullo antea in homine, qui quidem
eius ætatis foret, cuius tu eo tempore natus
eras, uſq̃ animaduertiſſe: quid rectius aut dig
nius potui, q̃ eo argumento, eoq; in autho-
re uoluntatem tibi meam declarare, qui & ip
ſe omnis eloquẽtiæ parens merito habetur,
& ab altero etiã ipſo eloquentiſs. noua qua-
dã eloquẽdi ratiõe laudat̃. Nã ut hoc quoq;
hic addã, eiuſmodi in hoc Encomio laudã
di figura Lucianus uſus eſt, ut ſingulari quo
dam & laudum & orationis genere Demo-
ſthenis claritatem atq; uirtutem, memoriæ
animiſq; hominum commendare uoluiſſe
uideatur. Non enim communibus illis Rhe
torũ formulis ac locis inſiſtit, neq; etiam ſim
plici ac recto ductu, ingenij, fortunæ, ac cor-
poris dotes ornando atq; amplificando pro
ſequitur, ſed noua quadam occaſione ad
ipſam cauſſam uelut attractus, dum Homeri
cuius cum illo contentionem inducit, laudi-
bus occupatum ſe ſimulat, aliud plane agen

do hoc

do hoc ipſum agit, ut oſtendat illum quemadmodum corporis atq; alijs externis dotibus longe Homero ſuperiorem, ita ingenij fœlicitate animiq; conſtantia, ac robore nulli clariſs. uirorum uſq̃ inferiorem fuiſſe. Imo tanq̃ communia hæc, a quibus alij totam plerunq; laudandi materiam atq; facultatem ſibi petunt, pro paruo duceret, aut plane contemneret, poſthabitis alijs locis, continentiã ſolum, atq; fortitudinem, quibus immoraretur, & quæ uerbis amplificaret, potiſs. delegit. Quarũ alteram quidẽ ille ita præſtiterat, ut nullis unq̃ corruptelis atq; δωροδοκίαις, quibus eo tempore Athenien. Reſpub. præcipue infeſtabatur, aduerſus patriam corrũpi ſe paſſus ſit. Alteram autem ad extremũ uſq; ſpiritum animo ita obfirmato atq; cõſtãti cuſtodiuit, ut cum incolumitatem & certa præmia, ſi ad Antipatrum tranſijſſet, propoſita ſibi uideret, uoluntariam mortem inhoneſtæ uitæ antehabendã ſibi putarit. Præcipue uero in attollendo illius erga patriam amore operam ſumit, quem tantum in illo fuiſſe indicat, ut non modo in claſſem, & publica ędificia priuatas facultates impenderit, uerum etiam cum iam iterum ab infenſis ciuibus per ſummam contumeliam urbe eiectus fuiſſet, mori tamẽ potius uoluerit, q̃ cũ Macedonibus aduerſus patriã, adeo etiam

ingratam consentire. Et ad hanc quidē rem non ullo domesticorum testimonio, aut ex Græcorum alicunde historia petito, utitur, sed quod uel præcipuum iudicandum est, ab ipsa hostium atq; Barbarorum confessione, qua nihil ad confirmandam Demosthenis laudem grauius esse poterat, fidem uerbis facit. Quo sane in loco illud admiratione dignū mihi maxime uideri solet, quod duobus diuersarum gentium clariss. eloquentię luminibus, patriæ autem utrinq; fidelissimis tutoribus atq; patronis, nō modo simili ferme fato perire contigit, uerum etiam ꝙ ijdē eodem exemplo maximum uirtutū atq; laudum suarum encomium, ab hostibus, ijsq; ipsis quorum odio atq; tyrannide perierat, retulere. Nam quod hic Lucianus de Antipatri, Philippi, aliorumq; testimonio confirmat, idē fere a Plutarcho de Cicerone & Augusto, cuius proscriptione hic damnatus fuerat, traditum uidemus. Cum enim ex Cæsaris nepotibus quidam, Ciceronis nescio quē libellum, legendi causa manibus teneret, inquit, & mox interueniente subito Cæsare, eundē sinu abscondere uellet, nec tamē posset, quin uideretur, Cæsar accepto libello, cū stando plurimam eius partem euoluisset, reddidisse adolescenti cum his uerbis dicitur: Eloquens hic uir, Eloquens fuit o fili, & ama

tor pa-

tor patriæ. Dignum mehercle præconiũ, & haud ſcio an plus laudũ & gloriæ Ciceroni addens, q̃ uel laurea uel ſupplicatio illa, de qua ille ſępe ac multũ gloriari ſolebat. Quod enim uirtutũ teſtimoniũ præclarius eſſe poteſt, q̃ quod etiam is qui uitã, opes & reliqua omnia abſtulit, ultro nulloq; cogente perhibet? Nã ea profecto uirtutis uis atq; poteſtas eſt, ut animos ac ſenſus noſtros, utcũq; erga ipſos homines odio, aliisue impulſionibus affecti ſumus, cũ honeſta ac præclara illorũ facta cernimus, incredibili quodam ſtudio atq; amore accẽſos & inflammatos reddat. Itaq; etiã Vlyſſes, ut apud Sophoclẽ fingit̃, cum improuiſo Aiacis, cũ quo tum ſummo odio ipſe diſſidebat, mortem deprehendiſſet, dextrãq; illam qua nõ modo antea pro Græcis ſtrennue pugnarat, ſed etiã tunc contra ſeipſum, dum præſentẽ ignominiam euitare ſtudebat, fortiter uſus fuerat aſpexiſſet, cũ cætera illius uiri præclara facinora uerbis extuliſſet, tãdẽ hæc quoq; addidit, credo ipſa uirtute ita extorquente, ut diceret: νικᾷ γὰρ ἡ ἀρετή με τῆς ἔχθρας πολύ. Vt enim rectiſs. dictum a Poeta eſt, τὰ γάρ τοι καλὰ καὶ πρὸς ἐχθροῖς καλά. Hoc igitur tanti uiri, & nõ ſolũ ab omnibus, tum Græcis tum Latinis, uerũ etiam ab ipſis hoſtibus ac Barbaris tan-

topere laudati, Encomiũ, in quo si ad argumentum respicias, singulare quoddam præcrariss. uirtutũ exemplum, si uero ad ipsum libellũ, nouum quoddã laudandi adeoq; ipsius eloquentię specimen, proponit, ut a Luciano quidem compositũ, a nobis autem Latina oratiõe uersum est, tibi Clariss. uir, tuoque nomini dedico: simul ut a principio dixi, quo ex hoc uelut argumento quodã, uoluntas erga te mea certa tibi constaret: simul etiam ut quoties in hoc Demosthene ipsam uirtutem, eiusq; incomparabilẽ æstimationẽ tanq̃ in speculo aliquo intuereris, Clariss. Heroum maiorum tuorum in mentẽ tibi ueniret, qui ut partim ipsi per se, partim apud Illustriss. uiros ac Principes summo cũ splendore, summaq; prudentia semper uixere, ita haud dubie una cum reliqua generis nobilitate præclariss. uirtutum hæreditatẽ atq; successionem tanq̃ per manus traditam tibi reliquerunt. Et quemadmodum præstantissimus poeta de Ascanio ait, ita te quoq; in antiquam uirtutem animosq; uiriles, Et pater Aeneas & auunculus excitat Hector. Tu uero Clariss. uir, si pro nostro hoc erga te studio uicissim nos tibi commendatos habueris, beneficium abs te, ut maximum ita gratiss. putabo me consecutum esse. Vale.

ENCOMIVM

DEMOSTHENIS EX LV- *ciano uersum*, Authore Philip- po Melanchthone.



VM IN porticu deambularem, exeunti ad sinistrã die 16. paulo ante meridiem, forte se mihi Thersagoras offert, existimo eũ plerisq; uestrum notũ esse, pusillus est, naso aquilo, fere candidus, uirili specie. Hunc cum procul accedentem uiderẽ, dixi, hic Thersagoras poëta est. Et interrogaui quorsum aut unde iret. Ille inquit domo se huc uenisse. Num inquàm deambulandi gratia? Tum ille: Omitte hoc interrogare, nocte intempesta surrexi, ut ad Homeri natalem carmẽ ei dedicarem. Præclare inquàm facis, q illi studes gratiam institutionis referre. Hoc cum instituissem, ait ille, huc ueni, neq; animaduerti me deambulationẽ ad meridiem usq; produxisse. Tum ego, &

mihi opus est deambulatiõe. Sed ille mul
to ante inquit oportuit me illum saluta-
re, monstrabat autem manu Homerum.
Scitis enim in templo Ptolomæi ad dexte
ram collocatum esse, prolixa coma insig-
nem, ad hunc inquit eundum mihi est, ut
eum salute, ut orem, ut mihi magnam uer
suũ copiam largiatur. Ego cõtra inquàm
si quid uotis proficitur, & ego iam olim
Demostheni obstrepo, ut mihi suppeditet
orationem ad natalem eius ornandum.
Si igitur satis erit uota facere, adiũge me
tibi socium, nam commune inquit lucrũ
aufferre cupimus. THER. Ego in-
quit habeo poëma lucubratum hac nocte
& hodie, quod Homero propter beneuo-
lentiã dedicaturus sum. Nam diuino quo
dam furore commotus ad poëticam rapi
or, ut iudicabis ipse. Gero enim mecum
libellum in hoc paratum, ut ostendam so
dalibus, cũ in aliquem ociosum incidero.
LVC. O te fœlicem inquàm, qui uide
ris mihi perinde facere, atque aliquis qui
postquàm cursu uicit in stadio, redit ablu
to puluere, ut oblectet se spectando, & cum
luctatore

luctatore iocatur, expectante ut iam in certamen uocetur. Cui respondet ille, at paulo ante, cum a meta procurrendum esset non erat ocium ad iocandum. Sic tu uelut in cursu poëtico uictor, facis me ludos ac delitias, metuentem stadii fortunam. THER. Scilicet ait ille ridés, quasi rem difficilem susceperis. LVC. Fortassis inquàm Demosthenes uidetur tibi indignus, qui ad Homerum conferatur, & uideri uis in argumento graui, ac difficili posuisse operam, cum Homerum laudasti, me uero existimas leue argumentum de Demosthene sumpsisse. THER. Cauillaris inquit ille, nam ego nolim heroas illos inter se committere, tametsi magis faueo Homero. LVC. Bene inquàm, an non putas me Demostheni magis fauere? Sed quoniam non recusas hac de re mecum colloqui, apparet te solã poëticam admirari, & solutam orationẽ prorsus contemnere, sicut eques peditem prætervectus aspernatur. THER. Tum ille, Dii prohibeant, ne sic insaniam, tametsi non leui furore opus est iis qui ad poë

ticas fores accedunt. Verũ & Oratoribus opus eſt afflatu quodam diuino, ad efficiẽdam orationem nõ humilem aut frigidam. Nec enim hoc ignoro, ac ſæpe me comparatio, cum aliorum oratorũ, tum Demoſthenis cum Homero delectat, cum ſimilem uideo uim, acerbitatem & impetũm. Vt Homerus Agamemnonem appellat uinolentũ, ita Demoſthenes in Philippi ebrietatem, ſaltationes, petulantiam inuehitur. Et quale illud eſt apud Poëtã: Vnum augurium optimum eſt pugnare pro patria, tale illud eſt apud Demoſthenem: Oportet bonos uiros bona cum ſpe ſuſcipere defenſionem Reipub. Et illud. Forſitan ipſe ſenex deploret talia Peleus. Simile eſt huic ſententiæ: Quàm grauiter ingemiſcerent illi fortes uiri, qui propter gloriam & patriæ libertatẽ in acie perierũt. Cõfero & magna ui fluentẽ Pythonis orationẽ ad hybernas niues, quarũ ſimilis oratio Vliſſis eſſe ſcribitur. Et illud.

Ni foret hæc hominum natura ob-
noxia morti.

Simile eſt huic loco: Omnes homines na

tura

tura morti obnoxii sunt, etiamsi quispiã conetur se inclusum in caueam seruare. Deniq; infinitæ sunt similes utriusq; sententiæ. Delectãt autẽ me & affectus, tum uehementiores tum leniores, & orationis uarietates, & metaphoræ tædium leuantes, & tempestiui ex digressionibus reditus, & concinnæ collationes, deniq; totius urbanitas orationis. Et mihi sæpe uisum est (neq; enim dissimulanda est ueritas) plus esse grauitatis in Demosthene castigante segniciem suorum ciuium magna libertate, quàm in Homero cum Achiuos Achaïdas appellat. Et Græcorũ Tragœdias grandiore sono representat quàm Homerus, qui fingit colloquia in mediis pugnis, & certamina iactu lapidis dirimit. Sæpe etiam apud Demosthenẽ membra suos habent numeros ac mensuras, quales sũt in poëtica. Sicut neq; desunt in Homero antitheses, Cõparia, figuræ asperiores aut candidiores. Nam ingenia ui- ,, dentur sua sponte similes uirtutes, etiam ,, in dissimilibus studiis gignere. Quare igi ,, tur tuam Calliopẽ aspernarer? Quamuis

autem hanc ualde admirer; tamen mea caussa duplo plus habet negotii quàm Demosthenis Encomium, nō ob illam caussam, quia mihi carmen scribendum est, sed etiam propter argumentum, nullam habeo materiam satis splendidam ad inchoandas laudes præter ipsam poëticam, cætera sunt ignota, patria, genus, ætas, nā si hæc nota essent, nullæ extitissent inde dissensiones. Alii patriam ei assignant urbē Ionicā Colophona, alii Cumam, alii Chium, nōnulli Smyrnam, quidam Thebas Aegyptias & innumeras alias. Patrē Mæonem Lydum aut fluuium. Matrem Melanopen aut aliquam nympham, siquidem humanū genus ignoratur. Alii existimant eum temporibus heroicis fuisse, alii Ionicis, nec satis constat utrum Hesiodus sit antiquior. Quidam etiam contendunt prius ei nomē Mellissigenæ fuisse, quàm hoc quod nunc in usu est Homeri. Nec de fortuna eius aliquid cōstat, de paupertate, de cæcitate, ut satius esset fortasse omittere ista cum sint ignota. Valde igitur angusta erit Encomii materia, si nullæ res

læ res gestæ, & carmen tantum laudandũ erit, & sapientia ex uersibus æstimanda. Tibi uero amplissima materia ad manũ, & in promptu est dicendi de rebus certis & celebratissimis, tantum uerbis opus est, tanquàm condimento ad obsonium parato. Quid enim non magnum & splendidũ fortuna Demostheni concessit? quid non celebratissimũ? nonne patria Athenæ opulétæ & nobiles, & Græciæ propugnaculum? Quod si mihi Athenæ contigissent, poëtica cõsuetudine recitarem amores Deorum, iudicia, commigrationes, dona, Eleusinem. Porro de legibus, iudiciis, cõcionibus, Pyræeo, coloniis, trophæis, terra mariq; partis, ne Demosthenes quidem ipse pro dignitate dixerit. Ex his magna mihi copia suppeteret. Idq; Encomium nõ existimarem prætermittendũ esse, cum in præceptis laudationum hoc contineatur, ut laudes ex patriæ ornamentis cumulentur. Isocrates Helenæ præconio inseruit Theseum. Poëtis uero concessa est maxima libertas. Sed tu fortassis irrideri te metuis, si initium orationis iu

ſtio grādius ſit,& uereris ne quis iuxta pro uerbiū dicat: Epigramma maius eſſe calatho. Itaq; etiamſi omittam Athenas, oc curret pater præfectus claſſis, aureum, ut Pindarus ait, fundamentum. Nulla enim Athenis maior dignitas eſt quàm præfectura claſſis. Quod uero extinctus eſt Demoſthene adhuc puero, nō eſt calamitas iudicanda, ſed gloriæ occaſio, retegens generoſam indolem. Iam Homeri inſtitutioné & ſtudia nuſquàm legimus, ſed ſtatim oportet nos attingere poëmata eius, cum de educatione, deq; ſtudiis eius nullæ extent hiſtoriæ. Neq; licet fingere eū à Muſis accepiſſe poëticam; ſicut de Heſiodi Lauro ferunt, quæ ocioſis paſtoribus poëticam inſpirabat. Tu uero Calliſtratū habes, & longum & magnificum catalogum, Alcidamantem, Iſocratem, Iſæum, Eubulidem. Et cum innumeræ illecebræ Athenis ad ſe inuitēt, etiam illos qui ſunt in cuſtodia patrū, cunq; adoleſcentia per ſe procliuis ſit ad uoluptatem, ac Demoſtheni liceret propter tutorum negligentiam uoluptates ſequi, tamen continuit

cum

eum amor uirtutis ac doctrinæ, & duxit non ad Phrynæ ianuam, sed Aristotelis, Theophrasti, Xenocratis, Platonis. Hic poteris philosophari, duplicem amorem esse in animis humanis, alterum marinum, uarium, ferocem; scilicet, uenereos fluctus in animo, qui mouetur exæstuantibus cupiditatibus iuuenum, naturam plane marinam: alter amor est aurea cathena coelo demissa. Hic non habet faces aut tela, quæ faciant lethalia uulnera, sed bonum furorem immittit mentibus, quæ sunt cognatæ Diis, incitante ad natiuam & incorruptam pulchritudinis formam comprehendendam. Omnia hæc amori facilia fuerunt, tonsuræ, latebræ subterraneæ specuū, corrigere linguæ uicia, actionem in ætate uirili discere, exercere memoriam, adsuefacere animum ad contemnendos populi fremitus, continuare studia per diem & noctem. Vnde quis nescit, qualis extiterit orator Demosthenes? quomodo orationem uerbis & sententiis ornauerit, argumentis adsperserit adfectus, quantus in copia splendor sit, quanta uis

& impetus, quanta uerecundia & parsimonia sit in uerbis & sentẽtiis, quanta uarietas figurarum. Itaq; Leosthenes inquit solum illum ex omni Oratorum numero uiuam orationem habuisse, non fabricatam malleo. Nõ enim componebat orationes ebrius, ut Callisthenes Aeschylum ait Tragœdias inter pocula scripsisse, cũ uino incaluisset. At Demosthenes scribẽs aliquid, aquam bibebat. Et extat hac de re Demadis iocus, qui dixit alios ad aquam dicere, Demosthenẽ uero etiam scribere ad aquam. Et Pytheas inquit orationem Demosthenis lucernam olere. Hunc campum habes, ait ille, de Demosthene dicẽdi, qui conueniet etiam ad meum argumentum, cum erit de poëtica Homeri dicendum. Sed postea transibis ad benefacta, & liberalitatem & dignitatem, quam in Repub; adsecutus est. Hic cum iret con necteretq; reliqua, plura dicturum ego in terpellaui, ac ridens inquàm. LVC. Hauris ne modo tanquàm balneator, ut reliqua oratione perfundas mihi aures? THER. Etiam inquit ille, congiaria, ludos

ludos ex propriis facultatib. ultro factos, instructas naues, murum, fossam, redemptos captiuos, uirgines dotatas, cōsilia optima in Repub. legationes, leges. LVC. Cunq; incidisset in magnitudinem rerū gestarum, cœpi ridere hominem supercilia contrahentem & timentem ne deficeret eum oratio de rebus gestis Demosthenis. At fortasse me inquàm putas unum ex omnibus, qui eloquentiæ dederunt operam, nihil audisse de rebus gestis Demosthenis? THER. Imo ait ille, opus est nobis mutuo auxilio in scribendo, quē admodum paulo ante dicebas. Verum nisi fortasse aliter affectus es, existimo tibi perstringi oculos fulgore Demosthenicæ gloriæ, nec posse te tam claram lucē inspicere. Mihi quidem accidit hoc initio in Homero. Pene igitur abieceram argumentū, quia non potui intueri, postea nescio quomodo recepi in manus, & paulatim assuefeci oculos, ne reformidarent aspectum, neue quisquam me accusare possit cæcutientem in sole nothum gentis Homericæ. Quanquàm tua caussa fa-

cilior eſt quàm mea: Nam cum in Homero nihil præter poëticã laudare poſſimus, tota illa laus ſimul in animo concipienda eſt. Tibi uero cum totum Demoſthenem conſyderas, ingens copia ſe offert, ut dubites huc ne an illuc te uertas, nec poſſis ſtatuere quid primum ſumere uelis, ſicut delicati in Syracuſanis menſis, aut aui di ſpectatores & auditores, cum uaria ſpectacula & carmina offeruntur, dubitant quo potiſſimũ applicent animum. Itaq; opinor te ex alio in aliud deſilire, nec poſſe in una re commorari, cum te ſubinde alia ad ſe rapiant, uidelicet, natura liberalis, ingenium ardẽs, temperantia, eloquẽtia, magnitudo animi in rebus gerendis, multa & præclara facinora, fortunæ deſpiciẽtia, iuſticia, humanitas, fides, audacia, prudẽtia, ſingulæ actiones in Repub. Fortaſſe hinc intuens decreta, legationes, contiones, leges, inde claſſes, Eubœam, Megara, Bœotiam, Chium, Rhodum, Helleſpontum, Byſantium, dubitabis quo te potiſſimum uertas in tanta copia, cum in unaquaq; re emineat peculiare quiddam

dam laude dignum. Vt igitur Pindarus alicubi dubitat, multa uidens ſibi propoſita eſſe cum inquit.

Num mea Iſmenũ Meliamue nympham
Seu magis Cadmum, genus aut uirorum
Dentibus ſæui genitum Draconis
Carmina dicent?
Seu canam Thebas celebres ue pugnas
Herculis? ſeu Bacche tuos honores?
Seu prius nunc Harmoniæ puellæ
Dicam hymenæos?

Idem tibi accidet, ut dubites, utrũ orationes an res geſtas, aut eloquentiam, aut doctrinam, aut authoritatem, aut mortẽ uiri ſumas laudandam. Verum non erraueris quicquid ſumes. Si ſolam eloquentiam elegeris argumentum copioſum habebis. Hic ſatis erit eum cum Pericle cõferre. Nam illius fulgura, tonitrua, & aculeos relictos in animis audientium, fama tantum accepimus, ſed nullæ extant eius orationes. Quare conſtat eas præter actionem nullam habuiſſe ſolidam aut durabilem laudem, quæ promereretur admirationem apud poſteros. At Demoſthenis

ſcripta extant, ſed hoc relinquam tibi di-
cendum, ſi hoc argumentum tractaueris.
Si cõuerteris te ad mores eius, & ad res ge
ſtas, poteris excerpere unum locum, aut
ad ſummum duos, hi tibi ampliſſimam
materiam ſuppeditabunt. Res enim ſunt
ſplendidiſſimæ. Quod ſi non uis totũ ar-
gumentum pertractare, ſumes partem ali
quã Homeri exemplo, qui heroas ex parti
bus laudat, prædicat pedes, aut caput, aut
comam, aut ueſtes, aut clypeum. Et ne Dii
quidem huiuſmodi laudes aſpernantur,
ſumptas à telis, arcu, clypeo, nedum ab ali
qua corporis aut animæ parte. Beneficia
uero deorum nemo complecti ſemel po-
teſt. Itaq; neq; Demoſthenes ægre feret, ſi
uirtutes eius nõ comprehenderis una ora
tione. Nam ne ipſe quidẽ ſuas laudes om
nes una oratione cõplecti poſſet. LVC.
Hæc dicentẽ Therſagoram interpellaui.
Ac puto inquã hæc te narrare, ut eloquen
tiam tuam apud me oſtentes, cum initio
tantum uolueris declarare, quantus poë-
ta ſis, nunc oſtendis etiam quantum in ſo
luta oratione ualeas. THER. Tum
ille.

ille. Volui inquit hoc argumentum per-currere, cum uiderem te segniorem esse, si tamẽ cura paulisper remissa audires me poëma meum recitantem. LVC. Ego uero respondi illum nõ facere operæ precium, ac uide inquàm, ne magis etiam perturbatũ me dimittas. THER. Tum ille. Facile remedium erit, si nondũ etiam tibi satisfactum est. LVC. At nescis inquã, quæ res me angat. Deinde ut medicus ignorãs morbi genus, aliena remedia adhibebis. Tu enim instituisti me iuuare tanquàm rudem aliquem, & nũc primum ad hæc studia accedentem, uerum hæc mihi iam olim detrita sunt. Proinde remedia tua nihil ad meam solicitudinẽ faciunt. THER. At hoc inquit remediũ fuerit: Trita uia tutissima est. LVC. Mihi uero diuersum inquàm placebat. Aiunt Cyrenaicum quendam philosophum se aurigantem Platoni ostentasse ante Academiam, quod in eadem orbita subinde duceret & reduceret currum, nihil deerrans, ut uestigia tantum unius perpetui cursus uiderentur. Ego cõtra studeo

tritam uiam & uetera ueſtigia effugere. Verum difficile eſt nouam uiam relicta ueteri excogitare. THERS. Ad hæc Therſagoras ait. Placet igitur Paſſonis conſilium. LVC. Quod inquam. Nõ enim audiui. THER. Tum ille. Ferunt quendam cum Paſſone pactum eſſe, ut equum pingeret uolutanté ſe, iſte currentem pinxit, & circa equum exuſcitatũ puluerem. Cunq; aſtaret apud pingenté ille qui locauerat equum pingendum, & cum pictore expoſtularet, quia aliud pactus eſſet, exhibet pictor tabulam puero, & iubet inuertere ac picturam illi oſtendere, ita uidebatur equus in tergo iacere, ſeq; uolutare. LVC. Feſtiue inquam, uerum putas me tot annis non ſæpe conatum eſſe, ut materiam uerterem? Ego uero multifariam uerti ac reuerti, & uereor ne mihi ad extremum accidat idem quod Proteo. THER. Quidnam ait ille? LVC. Hic fertur conſumptis omnibus formis, quas ſolebat induere uidelicet, beſtiarum, plantarũ, elementorũ, rurſus penuria peregrinæ formæ Proteus factus.

THER.

THER. Tu inquit ille, magis uarias formas excogitas quàm Proteus ut effugias meam recitationẽ. LVC. Ego uero inquàm libenter præbebo me auditorem, & eiiciam curam excogitandæ orationis ex animo. Forſan enim cum lecto poëmate deſines partum tuũ curare, me quoq; parturientem adiuuabis. Itaq; cũ peruiciſſem tãdem, ſedimus in proximo ſaxo. Hic ego audio recitantem egregiũ poëma. At inter legendum repente uelut furore percit9, clauſo libro, auffer inquit mercedẽ huius auſcultationis, ſicut Athenis ſportulæ dabantur in concionibus ac iudiciis. Sed uide etiam atq; etiam, ut gratiam mihi habeas. Ego ne inquàm gratiã habeam, cum nondum intelligam quid dicas? Verum quid eſt quod promittis? THER. Incidi, ait ille, in domeſticos commentarios regum Macedoniæ, quæ res incredibilem mihi læticiam attulit, quare librum illum non ſine magno negocio mihi comparaui, huius mihi iam uenit in mentem. Continet autem cum reliquam interiorem Antipatri uitam,

tum etiã quædam de Demosthene, quæ cupide lecturus uideris. LVC. Ego ue ro iam inquàm refero gratiam pro Euan gelio, dabo tibi operam reliquos uersus re citanti, neq; dimittam donec promissum præstiteris. Nã ut Homeri Encomio mag nifice me delectasti, ita delectabis haud du bie & Demosthenis Encomio· Postquàm igitur perlegit reliquos uersus, paulisper ibi commorati sumus, donec pro poëma te debitas laudes rependerem. Deinde ad ædes Thersagoræ imus, ibi uix tandé re perit librum, sed reperit tamen, qué ego accipiens domum redii, & cum legissem, decreui nihil mutare, sed totam historiã uobis ad uerbum recitare. Non enim mi nor honos habetur Aesculapio cum Ali sodemi & Sophoclis uersus ei decantant, si desit nouum poëma sacrificantibus. Et Baccho iam olim desiit mos noua poëma ta faciendi, sed aliis composita non mino rem gratiam merentur, his qui ea tempe stiue proferunt ad Bacchum celebrandũ. Liber auté hæc continebat (licet eñ mihi interdũ addere commentariũ. Narratio

autem

autem libri erit). Sic igitur ait, Antipatro indicatum esse quod adesset Archias. Verum si quis adolescentium hoc ignorat, Archias fuit is cui rex mandauerat exules capere. Habebat & de Demosthene mandatum, ut nulla ui adhibita persuaderet ei, ut ex Calauria discedens, ad Antipatrũ ueniret. Porro Antipater in tantam spem erectus anxie expectabat Demosthenis aduentum. Quare cum audiuisset Archiam ex Calauria uenire, mox iussit eum intro uocari. Postquàm ingressus est, sed ipse liber narret ista. ARCH. Salue Antipater. ANTI. Quid ni saluus sim siquidẽ Demosthenẽ adducis. ARCH. Adduco ut potui, nam urnam adueho in qua sunt exuuiæ Demosthenis. ANTI. Magna de spe deiectus sum, quid eñ mihi cum urna & ossibus, si nõ contigit Demosthenes? ARCH. Non fuit possibile rex uiuum in hostium potestatem redigere. ANTI. Cur nõ in Bœotia aut hic accepistis aurum ad eum corrumpendum? ARCH. Nos uero citius Byzantium ui aut machinis, quàm Demosthe-

nẽ auro expugnaremus. ANTI. Ego Parmenio, si quis Atheniensis in cõsiliis Reipub. pluris facit me quàm patriã, huic argentum offerre soleo, amiciciam nõ offero. Si quis autem propter patriam mihi inimicus est, aduersus hunc bellum gero, ut aduersus arcem, mœnia, portus, fossam. Admiror autem uirtutem, & urbem beatam esse duco, cui talis ciuis contigit. At proditores, cum eorum opera non indigeo amplius, perdere cupio. Illum autẽ incorruptum ciuem malim apud me habere quàm equitatum Illiricum, aut quicquid est mercenariorũ militũ. Nec postpono his eloquentiam ac prudentiam talis uiri. Cum hæc ad Parmenionem dixisset, rursus mecum loqui cepit. ARCH. Ego curaui diligenter eos, qui cum Diopithe Athenas missi sunt. ANTI. Tu uero nobis ab Atheniensi duce aut milite metuis? Triremes, Piræeus, portus, nugæ sunt. Quid enim facerẽt homines in spectaculis, ludis, conuiuiis uitam omnem cõsumentes? Si unus Demosthenes nõ fuisset Athenis, facilius potiti essemus urbe q̃

The-

Thebis aut Thessalia, dolo, ui, opprimẽtes & corrũpẽtes. Verũ unus ille uigilat in omnes intentus occasiones, & nostros obseruat impetus, & instructus est aduersus nostra consilia. Nunquàm fallere neq; insidiando, neq; agendo, neq; cõsulendo possumus. Hic uelut murus est aut scopulus obsistens, quo minus omnia primo impetu capiamus. Nam quantum in ipso fuit nõ potuissemus Amphipoli, nõ Olyntho non Phocensibus, non Pylo, non Cherroneso, non ora Hellesponti potiri. Ille inuitos incitat, & tanquàm mandragora sopitos expergefacit, ac uelut secans & urẽs castigat ignauiam summa libertate, nihil ad gratiã dicens. Publicas pecunias quæ antea dissipabantur in ludis, cõfert in stipendiũ, cõscribit classem, quæ pene perierat confusione ueterum tributorum. Et urbem quæ iam nihil generosum cogitabat, tantũ sportulas & sesquidenarios captabat, restituit in pristinam dignitatem, & excitauit fractos & abiectos ciues ad imitationem gloriæ maiorum, & rerum ad Marathonem & Salaminem gestarum.

Et Græcos inter se societate & fœderibus deuinxit. Hic non potest falli, non arte decipi, corrũpi uero nõ magis potest, quàm Aristides à rege Persarum corrumpi potuit. Hunc igitur Antipater magis formidare oportuit, quàm omnes Triremes & uniuersam classem. Quod enim apud ueteres Athenienses Themistocles & Pericles fuerunt, id nunc est istis Demosthenes, prudentia par Themistocli, magnitudine animi Pericli. Itaq; redegit in ipsorum potestatem Eubœam, Megara, oram Hellesponti, Bœotiam. Et fœliciter accidit quod Athenienses Charetem, Diopithen, & Proxenum, & similes quosdam præficiũt exercitui, Demosthenem uero domi retinent in suggestu. Quod si hic in potestate haberet arma, naues, exercitus, occasiões rei bene gerendæ, & pecuniam; uererer ne de Macedonia iam periclitaremur. Nunc enim decretis tantũ pugnans nos undiq; adoritur, occupat, conficit pecuniam, exercitus. Sed cur non comprehendistis uiuum? ARCH. Cœpimus uiuum. ANTI. Num in itinere extin

ctus est? ARCH. Non, sed in Calauria ubi erat. ANTI. Forsan hoc accidit negligentia uestra, quia non bene tractastis hominem? ARCH. Imo nō fuit in potestate nostra. ANTI. Quid ais? mera sunt ænigmata quæ dicis, uiuū cœpistis, nec tamen fuit in potestate uestra. Non mandasti initio ne quis ei uim afferret? ARCH. Nihil profuit ꝙ nemo ei uim attulit. Hoc enim curæ nobis fuit. ANTI. Non accidit igitur uestra negligētia, sed fortasse uos ipsi interfecistis eū. ARCH. Non interfecimus, neq; opus erat ei uim afferre, cum uerbis impetraremus, ut imperata faceret. Quid autem prodesset, si uiuum adduxissemus? quid faceres de eo aliud quàm ꝙ occideres? ANTI. Dii meliora Archia, non satis animaduertisti, aut qualis uir fuerit Demosthenes, aut quod meum sit de his iudicium. Sed putas perinde esse, Demosthenem inuenire & hos proditores, qui male perierunt, Himeræum, Aristonicum, Eucraten, qui nihil differunt à fluctibus, qui perpetuo huc atq; illuc agitantur, homi-

,, nes sordidi, qui per occasionem subito in
,, tumultibus inclarescũt, & ad leuem spem
,, motus alicuius ualde insolentes, ac super-
,, bi fiunt, uerum breui tanquàm uesperti-
,, ni flatus metu perterriti diffugiunt. Num similem putas Demosthenem improbo Hyperidi? perfido assentatori uulgi? quẽ non puduit iniquo iudicio Demosthenẽ, ut gratiam apud uulgus iniret, circũueni re, & assentari multitudini, ea in re cuius statim illos pœnituit. Etenim nõ multo post hanc calumniam, contigit ei reditus clarior reditu Alcibiadis. Istum autem nihil puduit lingua incessere hoïes quondã amicissimos, quam conueniebat ei propter ingratitudinem præcidere. ARCH. Quid audio, non oderas Demosthenem maxime omnium hostium? ANTI. Non, siquidẽ rationẽ habeã morũ & fidei eius, & amem ubiq; integritatẽ, & cõstan-
,, tiam. Nam honestæ res etiã apud hostes
,, honestæ ducendæ sunt, & uirtus ubiq; digna laude est. Neq; uelim esse deterior quàm Xerxes, qui Bulidi & Sperchidi Lacedæmoniis pepercit, propter admiratio-

nem

nem uirturis eorum, cum possiet eos occi dere. Ego uero, si quem alium Demosthenem maxime admiratus sum, tum quia bis cum eo Athenis congressus sum, tum quia eius laudes ex aliis cognoui. Neq; uero tantum propter eloquentiam (ut arbitref aliquis) magnifeci eũ. Quanquàm Python ad hunc collatus nullus erat, & Attici oratores ludus erant cum isto congressi, tantum uincebat actione, sono, cópositione, sententiarum luminibus, densis argumentis, conciliandis & impellendis animis. Itaq; ualde pœnituit nos consilii, cum Græcos Athenas conuocassemus, ut Athenienses obiurgaremus, freti promissis Pythonis. Sumus enim circũuenti Demosthenis argumentis, qui erat insuperabilis in dicendo. Sed hanc eloquentiæ laudem nõ duco in illo summam fuisse, erat em̃ organi uice, sed magis admiratus sum eum propter magnitudiné animi, & consilii, & constantiæ, quam in periculosissimis tempestatibus retinebat, nunquàm cedens aduersis rebus. At memini Philippum de illo sic sentire, qui cũ

afferretur quædam contio, in qua Demosthenes in Philippũ inuectus erat, & Parmenio uehementer stomacharetur, & Demostheni cõuiciaretur, hic uir inquit dignus est, quem libere loqui sinamus. Nam huic uni omnium Græciæ oratorum nihil fertur expensum in meis rationibus, cum quidẽ ego malim ei cõfidere quàm naualibus scribis. Nullus est autem istorũ. cui non inuenias in meis rationibus perscriptum esse aurum, ligna, reditus, agros, at Demosthenes classes armat, comparat exercitus, & subinde reparat. Talia dicebat ad me Philippus, tũc & sæpe aliàs de hoc uiro. Et in quadã fœlicitatis suæ parte numerabat, quod Demostheni non esset commissa summa imperii apud exercitum, cum omnia sua consilia perturbarẽtur illius orationibus, quæ ex Athenis uelut arietes, uel catapultæ mittebantur. De pugna ad Chæroneã facta, nec post uictoriam desiit prædicare, quantũ hic uir creasset periculũ ipsi. Nisi eñ præter spem, inquit, propter ducum inscitiam, & aciẽ male instructam, & insperatam fortunã,

quæ

quæ multa nobis conficere solet, uicisse-
mus, uno die non modo regnum, sed & ui
tam meam, in discrimen adduxerat. Con
iunxerat potẽtissimas urbes, coẽgerat om
nes uires Græciæ, Atheniẽses, Thebanos,
Bœotios, Corinthios, Eubœenses, Mega-
rẽses, & effecit ut periculum simul omnes
ciuitates subirẽt, & mihi transitum in At
ticam interclusit. Tales erant huius de De
mosthene sermones perpetuo, & cum di-
ceretur ad eum quod magnum antagoni
sten haberet populum Atheniensem, re-
spondebat se unum habere antagonisten
Demosthenem. Nam quod absq; Demo
sthene sit Athenienses similes esse Aenia
nensium & Thessalorũ. Et quãdo legatos
ad urbes mittebat, si quos alios miserant
Athenienses, facile uincebat ipse, sed De-
mosthene præsente, frustra inquit se lega
tos mittere, Non enim possunt contra De
mosthenis eloquẽtiam erigere trophæũ.
Sic Philippus dicebat. Itaq; ego, qui qui-
dem lõge inferior sum Philippo, si cœpis
sem talem uirum, num uelut bouẽ ad cę-
dem abducerem? an uero potius in consi

lium de toto regno Græciæ constituendo adhiberem? Nam initio natura ei bene affectus fui, propter res eius gestas, ac magis propter Aristotelis testimonium, qui solebat eum sæpe ad Alexandrũ & ad nos ducere. Et cum tot essent, qui ad eum ueni re consueuerant, neminem sic admirabatᷣ propter magnitudinem ingenii, temperã tiam, grauitatem, acumen, libertatem & tolerantiam. Vos inquit Aristoteles similem putatis esse Demosthenem Eubulo, Phrynoni, & Philocrati, & conamini hũc quoq; pecunia corrũpere, qui uniuersum patrimoniũ in Atheniẽses priuatim & pu blice cõtulit. Et quia nihil proficitis pecu nia, minas adhibetis, cum iste nihil dubitet pro patria mortem oppetere. Et si quid in uobis reprehendit, ægre fertis. At ille ne populum quidem metuit. Non uidetis eum amore patriæ Rempub. gerere ac ducere, hanc administratiõe tanquàm philosophiæ ac uirtutis scholam quandã esse, quam non conueniat ad quæstũ aut alias cupiditates conferre. Propterea Archia ualde optarem mihi eius consuetudi

nem

nem contigisse, ut cõsilio eius uti possim in præsentia,& audire uocem liberæ mentis, tot alioqui circunfusus assentatoribus. Ac mihi sane uidet̃ hoc nomine reprehendendus esse quod uitam suam in discrimẽ adduxit pro tam ingratis ciuibus, cũ posset alios inuenire amicos fideliores & constantiores. ARCH. Alia quidem recte dixisti, sed hoc frustra dixisses illi, adeo furebat amore patriæ. ANTI. Sic est, quid enim manifesta negem, sed quomodo mortuus est? ARCH. Magis etiã mireris eum si hoc scias. Nam & nos qui adfuimus, nõ minus obstúpuimus quàm alii spectatores. Videtur enim iam olim apud se cõstituisse de hoc exitu uitæ, quod intelligi potest ex apparatu. Sedebat em̃ intus in templo, ac frustra superiorib9 diebus, cum eo collocuti eramus. ANTI. Quales fuerũt uestri sermones? ARCH. Multa humanissime proponebã, promittebam ei ueniam abs te, nõ sane expectãs, non enim noram hanc tuam uoluntatẽ, sed arbitrabar te huic uehementer iratũ esse, tantũ ista dicebam persuadẽdi causa.

ANTI. Quomodo accepit ille ueſtram orationem? & nihil me celes. Vellem eñ me coram audiuiſſe, ſed tu nihil omittas. Magna res eſt tanti uiri mores ſub exitũ uitæ cõtemplari, utrum ſpiritus defecerit, utrum expalluerit, an cõſtantiam animi retinuerit. ARCH. Nullam ſignificationẽ pauoris edidit. ANTI. Quomodo? ARCH. Suauiter enim riſit, ac luſit in priorem uitã meam, dixit me ineptũ hiſtrionem eſſe tuorum mendaciorum, nec poſſe cõmouere ſpectatorẽ. ANTI. Itaq; non credens tuis promiſſis deſpondit animum. ARCH. Non, Quod ſi audies reliqua, nõ tantũ uidebis fidẽ nõ habuiſſe, ſed etiam acrem obiurgationẽ attigiſſe. Dicam enim quia iubes. Nõ inquit indignum eſt aut nouũ Macedonibus ſic capere Demoſthenem, ut Amphipolim, Olynthum, Oropum. Talia multa dixit. Adhibuimus eñ ſcriptores, qui eius dicta exciperent. Ego, inquit, metu tormẽtorum, aut mortis non moueor, ut ſpe uitæ propoſita promittã me ad Antipatrũ

uenturũ esse. Sed si hæc uera sunt quæ dicitis, multo magis cauere debeo ne mens mea uideatur ab Antipatro corrupta, neue uidear deseruisse ordinem, in quo ad Græciæ defensionem collocatus sum, & transfuga factus, ad Macedones concessisse. Si mihi honeste est uiuere, Pyræe9 præbeat & Triremis quam instruxi, & murus, & fossa, meo sumptu facta, & trib9 Pandionis, cuius causa ultro ludos feci, & Solon, & Draco, & libertas conciuiũ, & liber populus, & decreta & leges classium, & maiorũ uirtus ac trophæa, & ciuium beneuolẽtia, qui me sæpe coronauerunt, & Græcorum authoritas qui hacten9 à me seruati sunt. Quod si mihi uita debeat contingere alterius misericordia, quàquàm id turpe est, tamẽ hoc beneficiũ malim accipere à meis ciuib9, quorũ redemi captiuos, aut à patribus, quorum elocaui filias, aut quibus donaui pecunias. At si me nec insularũ imperium nec mare defendet, petam ab hoc Neptuno auxiliũ, & ab hac ara, & à sacris legibus. Sin autem Neptunus non potest defendere immunitatem templi, nec pu-

det eum prodere Demosthenem Archiæ, moriar, nec mihi Antipater pro Deo colendus erit. Liceret mihi amiciores habere Macedones quàm Athenienses, et frui fœlicitate uestra, si imitari uellē Callimedontē, Pytheam & Demadē. Liceret animum uel sero mutare, nisi uerecundia Codri & filiarum Erichtei prohiberet. Non igitur uolui transfugam fortunam sequi.
,, Honestum enim effugium mors est, quæ
,, est extra omne periculū turpitudinis. Et nunc Archia, quantū in me est, non uolo dedecorare Athenas, seruitutem accipiēs abiecta libertate, in qua mori est honestissimū. Verum conuenit te meminisse Tragœdiarum, nonne grauiter dictum est?

At illa iam moriens tamen
Decenter ut caderet cauebat sedulo.

Hoc cum fecerit puella, quanto turpius erit Demostheni præferre inhonestā uitā honestæ morti? ac obliuisci Xenocratis & Platonis disputationum de immortalitate animarum. Addidit etiam quædam inuectus in eos qui calamitatē exprobrāt. Verum quid attinet me nunc recitare, cū

ego

ego ad extremũ partim præcarer, partim minas adhiberẽ, & blandiciis terrores mi scerẽ. Ego inquit ille persuaderi mihi paterer, si Archias essem, sed quoniam Demosthenes sum, peto ut ignoscas mihi, qui non consueui inconstans esse. Hic cũ eum ui abducere uellẽ, idq; ipse sentiret, cœpit me irridere, & Deum aspiciens, ait, Archias putat tantũ arma & exercit9 præsidia uitæ esse, & meum apparatũ cõtemnit, quẽ expugnare neq; Illyrici neq; Triballi, neq; Macedones possint. Firmior est enim quàm ille murus ligneus, quem olim nobis Apollo respondit inexpugnabilem fore. Nam ut prudentia me in administratione Reipub. securum præstitit, ita me aduersus Macedones securum reddet. Nunquàm formidaui Euctimonẽ, aut Aristogitonem, aut Pytheam, & Callimedontem, aut Philippũ, neq; modo hũc Archiam formido. Cum hæc dixisset, Age inquit, ne afferas mihi uiolentas manus, non enim prophanabo templum quantum in me est, salutato Deo spõte sequar. Ego sic sperabam facturum, cum ille ma

num ori admouet, neq; ego suspicabar eũ aliud facere quàm orare deos, sed quid egerit, postea ex ancilla per tormenta cognouimus, diu eum habuisse paratum uenenum, ut morte libertatem redimeret. Neq; extra templi limẽ peruenerat, cum lapsus inquit, hoc cadauer ad Antipatrũ uehes, Demosthenem uero nõ uehes, nõ per. Et uidebatur suo more iuraturus per illos qui in Marathone occubuerunt, sed ualedicẽs auolauit. Hunc ego finem Rex affero expugnati Demosthenis. ANTI. Demosthenis scilicet. O inuictum animum & beatum, quàm generosum facinus. Prudentia est in manu retinere libertatis possessionem. Sed decessit uicturus in beatorum insulis apud heroas, ut dicitur, aut in cœlũ peruenturus, ut Deus factus comes sit Iouis liberatoris. Corpus uero nos remittemus Athenas, futurum honestius ornamentũ patriæ, quàm illi qui in Marathone occubuerunt.

Clarissimo

CLARISSIMO VIRO D. DOCTORI CHRISTOphoro Turco Iuriſconſulto Cancellario Principis Moguntini, ſuo patrono.

Georgius Sabinus.

CVm tua facundæ mihi gratia cognita linguæ
Eſſet, & ingenij dextera fama tui,
Nec meus auderet ſine Mœcenate libellus,
Solus ad ignotas Principis ire fores,
Commendata tuo mea ſcripta fauore putabam,
Poſſe ſacro tanti Præſulis ore legi.
Ergo uir eloquij clarā celeberrime fama,
Te iuuenis ſupplex uerſibus oro meis,
Hic liber ingenuo tibi ſi candore probatus,
Dignus honorato Principe uiſus erit,
Vt noſtra exhibeas illi non noxia ſcripta,
Mollia cum fandi tempora nactus eris.
Hæc noua quæ lacijs oratio reddita uerbis,
Græca ſed, a ſummo Rhetore ſcripta, fuit,
Suadet, ab Herculeo Macedum Rex natus Amynta,
Aduerſus patriam ne ferat arma ſuam,
Vertat in externas ſed bella domeſtica gentes,
Argolico ſubdens Perſica regna iugo.

Sic tuus hoc utinam discordi tempore Princeps,
Cæsaris ingenium flectere mite queat,
In patria gratæ conseruet ut ocia pacis
Bellaq; cum diro iusta latrone gerat.
Qui Ducis Austriaci tot cladibus afficit urbes,
Vastat & hostili Pannona regna manu,
Seq; triumphato moturum uictor ab Istro,
Ad liquidas Rheni castra minatur aquas.
Si mea nunc igitur te iudice scripta placebunt,
Atq; uidebuntur Præsule digna tuo,
Quem damus, augusta precor hunc de pace libellum
Vt tua propenso lingua fauore iuuet.

REVE-

REVEREN-
DISSIMO ET ILLVSTRISSI-
mo Prin. ac D. Domino Alberto Cardina li. Electori, Archiepiſ. Mogũtino, Madeburgenſi, Primati Germaniæ, Adminiſtratori Halberſtadenſis Eccleſiæ, Marchioni Brandeburgenſi, Principi Pomeraniæ &c. Domino ſuo clementiſſimo, Georgius Sabinus S. D.

QVANQVAM nulli iuſtius dedicãt ſua ſcripta, Clariſſime Princeps, ſtudioſi omnes, quam tibi, quia uix quiſquam alius principum melius intelligit ſtudia, aut benignius fouet eruditos, quã tu, tamen ego præter hanc cauſam, & aliã quãdam in hoc opere tibi dedicando propriam ſequutus ſum. Exhibeo enim tibi orationẽ Iſocratis, in qua uir illis temporibus authoritatis ſummæ in uniuerſa Græcia, & concordiæ publicæ cupidiſſimus, hortatur Philippum Regem Macedonũ, qui ad id tempus bellum cum Athenienſibus geſſerat, ut pacẽ cum Græcis ciuitatibus omnibus faciat, & conſtituta domi concordia bellum in Aſiam una cum ſocijs transferat, & nõ modo Græcos, ſed etiam patriam metu ſeruitutis liberet. Imperabant enim eo tempore in Aſia

Persæ, qui colonias Græcorum crudeli seruitute oppressas tenebant, quiq; sæpe in Europam traiecerant, & Græcos maximis cladibus affecerant, & quotidie bellum uicinis gentibus in Europa denunciabant. Itaq; grauissime commemorat Isocrates hanc futurã esse rem maximo Rege, ac fœlicissimo Imperatore dignam, si constituta domestica concordia ciuibus ac socijs parcat, & pro patria aduersus exteros ac Barbaros bellũ gerat. Ac profecto diuinitus admonet Isocrates, se si quid boni dixerit, non esse authorem existimandũ, quia confectus senio propter ætatis imbecillitatem res tãtas perspicere nõ potuerit, sed Deum subiecisse, sollicitũ de Græciæ salute & uolentem Græcos præsentibus malis tandem liberare, & Macedonum gloriam augere. Nam hac oratione, ceu fatali uoce, Persicum regnum concidit. Philippus enim authoritate huius orationis excitatus, omnia ad tantum bellum necessaria comparare cœpit, sed morte impeditus successionẽ huius gloriæ filio Alexãdro reliquit, quem Græci scribunt, & si domesticis bellis implicitus erat, tamẽ hac oratione lecta accensum esse, ut rebus domi compositis, citius in Asiã traiecerit. Hanc orationem cum his proximis diebus legerem, & illorum temporum motus cum præsentibus conferrem, non inuitus latinam feci, sperans multos bonos ui-

ros de Repub. cogitantes, libenter eam lectu ros esse. Tibi autẽ præcipue dedicaui, quod uidere mihi quandam in ea imaginem tuorum consiliorum uidebar. Nam ut Isocrates Philippo, ita tu Philippi filio Carolo Cæsari, qui & imperij fastigio & fœlicitate, par est illius Philippi filio Alexandro, author esse soles, ut constituta domi concordia pium & necessarium aduersus externos hostes bellum suscipiat. Cumq; alij nonnulli incitent optimum principem aduersus patriam, nõ obscure cognouimus te authoritatem tuam omnem ad pacem tranquillitatemq; Germaniæ conferre. Quod quidem hoc tuo loco dignissimum est & Deo gratissimum, & a bonis ac prudentibus uiris ad omnem posteritatem amplissimis laudibus uehetur. Nam hoc tuum beneficium latissime patet. Cum enim tales extiterint in hac Natione controuersiæ, ut sine summo periculo ecclesiæ diiudicari armis non possint, si res non agetur ciuiliter, sed uiolentis consilijs, nulla ad posteros ecclesia, imo ne posteritas quidem futura uidetur ulla. Proinde omnium in te bonorum uirorum oculi in uniuersa Germania coniecti sunt, a te secundum Deum pacem atq; salutem expetunt. Quid autem tibi inter homines maius atq; gloriosius his iudicijs bonorum contingere queat? quibus tibi tribuitur tantum, ut in summo periculo

plurimum Reipub. præsidij in tua uirtute ac sapientia positum esse credatur. Ego igitur, ut hanc de te nostri ordinis opinionem cognosceres, Isocratem ad te misi, qui uidelicet hac ipsa de re interdum pro nobis tecum quasi colloqueretur, & nostra studia ac salutem nostram tibi commendaret. Cuius orationem, ut spero, cum intelliges cum tua sententia congruere, non aspernaberis. Porrò quemadmodum ipse Isocrates inquit, Deum sibi consilij authorem fuisse, qui Grȩciæ calamitatibus afficiat, eãq; præsentibus malis liberare cupiat, ita speramus te quoque diuinitus ad pacis consilia duci, & precamur, ut Christus ea gubernet ac fortunet. Bene uale. Anno M. D. XXXIII.

ORATIO ISOCRATIS AD PHI-lippum Regem Macedonum, de concordia domi constituenda, & bello transferendo in Asiam contra Barbaros, conuersa ex Graeca à Georgio Sabino Bran deburgensi.



E MIRERIS Philippe quod incipio, quasi de Amphipoli dicturus, nec sumpsi exordiũ propriũ huic orationi, quae nũc tibi recitabitur, de qua antequàm dicendi initium faciam, pauca praefabor, ut tibi aliisq; manifestũ reddam, me neq; errore aliquo neq; delyrio impulsum esse, ut ad te scriberẽ, quanquàm fortassis aliqua ex parte aetas etiam impulit. Cum enim ex isto bello Amphipolitano magnam tibi & ciuitati uiderẽ impendere calamitatem, dicẽdum mihi de hac urbe & regione putaui. Porro nihil tale dicere uolui, qualia uel à tuis ami-

Occasio scribendi.

Philippus bellũ gesserat cũ Atheniẽsibus ꝓpter Amphipolim. Id cũ esset dissuasurus Isocrates, et hanc orationẽ instituisset, intellexit pacẽ ab utrisque factã esse. Hanc pacificationẽ initio comprobat & laudat.

cis, uel à nostris Oratoribus dicuntur, sed quàm longissime dissidentia ab istorum opinionibus. Illi enim inseruientes affecti bus uestris ad suscipiẽdum bellũ uos hortati sunt. Ego autem nihil pronuncians de cõtrouersia, orationem institui, quam maxime utilẽ existimabam esse faciendæ paci. Dixi uos utrinq; frustrari expectatio ne uestra. Tu enim gerendo bello ea occu pare cupiebas, quæ nos nostro bono amis suri eramus. Et uicissim urbs nostra bello gerendo tuam potentiam augebat. Nam tibi quidẽ proderat tenere Amphipolim, nobis autẽ retinere non proderat. De hac re ita uisus sum uerisimilia dicere, ut oratio plus haberet admiratiõis propter rerũ ueritatem, quàm propter elegantiam ser monis. Et existimabant omnes nullũ finẽ bellorum fore, nisi tu persuasus his rationibus urbis nostræ societatem atq; amici ciã pluris faceres, quàm uectigalia ex Am phipoli reditura. Et uicissim urbs nostra hoc experimento docta, disceret quod nõ cõducat tales colonias deducere aut defen dere. Sed ea loca quærenda esse quæ uici-

nos

nos habent ad seruitutem assuefactos, nõ formidabiles, aut imperii cupidos. Sicut & Lacedæmonii Coloniam Cyrenas deduxerunt ad homines imbelles. Ad hæc ostendebam te ad pacem faciẽdam, & hac ratione moueri debere, quod hanc regionem titulo tenus tantum nobis traderes, cæterũ re ipsa tu retineres, & insuper beneuolentiam nostrã acquireres. Nam tot obsides nostræ amiciciæ accepturus esses, quot in ditionem tuam colonos mitteremus. At ciues nostros ostendebam hac ratione moueri debere, ne cuperẽt retinere Amphipolin, quod si retineremus, cogeremur propter nostros colonos magis te colere, q̃ ullos unquàm coluimus propter agricolas in Cherroneso. Cum autem res urbis nostræ sic se haberent, ut ego dixi, isti qui audierũt orationem, sperabant ea edita, uos mutato cõsilio bellum composituros, & de pace atq; utilitate cõmuni deliberaturos esse. Hæc siue stulte, siue imprudenter cogitata sunt, culpa illorũ erit, qui me ad editionẽ hortabant. Ego dũ in hac oratiõe apparãda uersor, priusq̃ eam absol

ui, accepi uos pacem fecisse, quod sapiēter à uobis factum est. Nam quoquo modo componi rem magis proderat, quàm in his malis uersari diutius, quæ bellum afferebāt. Porro maxima læticia affecit me decretum de pace facta, & arbitratus non solum in rem nostram, sed etiam tuam atq; aliorum Græcorū omnium fore, non potui ab incepto desistere, aut deponere curam adhortandi uos ad concordiam. Cōsyderabamq; quomodo inchoatam pacē retinere possemus, ne urbs nostra pertæsa breui ocium rursus alia bella concupisceret. Hæc singula mecum reputans, inueni nulla alia ratione ipsam quiescere posse, nisi potētissimæ urbes omissis priuatis discordiis, bellum in Asiam transferant, & imperium quod nunc in ipsos Græcos exercent, illud sibi in Barbaros parare uelint, quemadmodū & in Panegyrica oratione cōsului. Cum autem consyderarem hæc, & arbitrarer nullum aliud inueniri posse argumentū, neq; præstantius, neq; cuius utilitas latius pateret, ego denuo de eadem re scribere adductus sum, nō ignorans

Facta pace inquit, se ideo hanc orationem istituisse, ut ostenderet & qua ratiōe simul conseruari Græciç trāqllitas posset, & liberari a metu Persicæ tyrannidis.

rans

rans ingenii mei imbecillitatem, sed sciē bam, quod hæc oratio nō conueniret æta ti meæ, sed uirum requireret florentē æta te, & ingenio longe aliis præstantem. Ad hæc intelligebam, quàm difficile esset du as orationes eodem argumēto edere, ma- xime cum prior ita scripta sit, ut æmuli no stri imitentur eam tanquàm exemplum, ac magis admirentur, quàm ulli istorum qui nostri studiosissimi sunt. Ego tamen facile despexi omnes difficultates, & in ul tima senecta adeo ambiciosus fui, ut ad te scribere instituerem, quo ostenderem & tuis Oratoribus, & nostris, quod ad popu lū habere conciones perinde sit, ac si quis ad neminem habeat orationem, quodq; tales contiones perinde sint inutiles, ac Sophistarum libri de Rebuspub. scripti. Sed qui prodesse uolunt, existimantes se utile consilium reperisse, permittant sane aliis, ut ad populū concionentur. Verum ipsi quærant certum aliquem lectorem principem uirum, sapientia, uirtute, & opibus præstantem. Hoc cum cogitarē, decreui ad te scribere, non ad aucupandā

Quare proprie ad Philippū scribat.

gratiã, quanquàm magnopere optarim tibi orationem meam non ingratam fore. Sed non fuit hæc consilii mei ratio. At uidebam alios præclaros uiros, qui tenent Respub. nullam potestatem habere aliud faciẽdi, quàm quod ipsis commissum est, nec esse pares his rebus, de quibus orationem institui. Tibi uero soli magnam potentiam à fortuna datam esse, qui & mittere legatos, ad quoscunque uoles, possis, & accipere à quibusuis. Tum consulere id quod utile fore existimaueris. Præterea tantum imperium & opes possidere, ut nemo Græcorum sit tibi conferendus. Quæ res in utramque partem magnam uim habent, & ad persuadendos & ad cogẽdos homines. Et utroque opus habent hæc quæ dicturus sum. Consulam enim tibi, ut constituta inter Græcos concordia expeditionem aduersus Barbaros una cum ipsis suscipias. Quod si Græcos ad hoc bellum suscipiendum persuaseris, erit hoc & tibi priuatim honorificum, & publice utile. Hæc igitur totius orationis est summa. Nolim autem te ignorare, quod quidam me conuenerunt,

Propositio & summa totius orationis.

uenerunt, quibus improbari meum consilium animaduerti, qua de re oportere fieri te certiorem arbitror. Cum enim indicassem eis, quod orationem ad te missur9 essem, nõ in laudes, neq; præconia rerum à te gestaþ compositam. Hæc enim alii celebrabunt, sed qua te hortarer ad res longe amplissimas, quarum & honestas & utilitas latius pateret, quàm quas hactenus concupiuisti, adeo ueriti sunt ne delyrarẽ uitio ætatis, ut obiurgare me ausi sint, cũ pri9 me increpare nunquàm soliti essent. Dicebãt me inepte facturum esse, qui Philippo de rebus suis deliberandis orationẽ missurus essem, qui etiamsi prius se opus habere consilio alicuius putarit, tamẽ gestis rebus tantis non minus ualere consilio, quàm alii uideatur. Deinde & Macedonũ habet prudentissimos apud se, quos uerisimile est, etiam si aliarum rerum rudes sint, tamen id quod illi magis conducat, rectius intelligere quàm te. Præterea uero uersantur apud eũ multi Græci, nõ ignobiles uiri, neq; stulti, quorum ille cõsilio usus, non diminuit regnum, sed res

Occupatio, ne uideatur oblitus decori quod tãto regi cõsiliũ promittat.

gessit tantas, quantas optare uix ausus esset. Quid enim nõ successit ei? nõne Thessalos, qui Macedoniam prius infestabant, ea deuinxit sibi familiaritate, ut quilibet illorũ maiorẽ ei fidem quàm propriis ciuibus habeat? Vrbes autem finitimas, partim beneficiis ad suam societatem pertraxit, partim funditus euertit. Magnetas & Perrhebæos, & Pæonas deuicit, & oẽs subegit. Totius uero multitudinis Illyriorum præter hos qui Adriam accolũt, uictor ac domin9 factus est, deinde in tota Thracia, quos uoluit præfectos constituit. Talẽ profecto uirum, quiq; tanta gessit, non putas iudicaturum insigni hunc stultitia præditum esse, qui libellum miserit, & existimaturum, istum neq; decori rationem habere, neq; consilia sua intelligere. Hæc postquàm audiui, quam perturbatus initio fuerim, & quomodo me colligens rursus, ad singula quæ obiiciebantur responderim, prætermittam, ne uidear animi causa illos exagitare. Cum autẽ satis refutassem illos, meo iudicio, tandẽ pollicebar me orationem solis ciuibus exhibiturum, & nihil aliud

aliud de hac quàm quod ipsis uideretur facturum esse. His auditis abierunt, nescio quomodo affecti. Post paucos uero dies, absoluta oratiōe atq; exhibita illis, ita priorem sententiam mutauerunt, ut suæ temeritatis eos puderet. Pœnitebat autē eos omnium quæ dixerant, nullaq; unq̄ in re magis se errasse fatebātur, ac magis impellebant ad mittendam hanc tibi orationem. Dicebant enim quod sperarent, nō solum & ciuitatem mihi pro oratione gratiam habituram esse, sed etiam uniuersos Græcos. Hanc ob causam ista tibi commemoraui, ut si quid initio orationis esse uideatur tibi, aut non probabile, aut impossibile, aut quod te facere nō deceat, ne moleste ferens omittas quæ sequunť, nec idem accidat tibi quod familiarib⁹ meis, sed æquo animo perseueres, dum finē totius oratiōis audias. Ego enim me de his rebus dicturum esse confido, quæ decent & expediunt tibi. Atqui non latebat me, minorem uim in scriptis esse, quàm in uiua uoce, propterea quod omnes existimāt in seriis & necessariis negotiis consilium

Exaggerat difficultatē instituti, q̄ scripto potius cogat q̄ uiua uoce consiliū dare.

uiua uoce dari, scriptas uero orationes tā tum ad ostentationem & quæstum compositas esse. Et recte sentiunt. Ociosa enim uidetur oratio destituta authoritate dicentis, destituta uoce, & uarietate actionis, quā non adiuuat etiam inter agendum occasio & solicitudo & motus animorum in re præsenti. Deinde quam legit aliquis absq; cura nullū sensum addens uerbis, sed tanquàm numerans, merito frigere iudicanda est. Et ob hanc causam uereor, ne præsens oratio minus ponderis habitura sit. Neq; enim dictionē ipsam numeris & figuris ornauimus, quibus utebar iuuenis si quid edidi, per quæ suauior simul probabiliorq; redditur oratio, quorū nihil amplius propter ætatem possum. Sed sufficit mihi tantum si ipsas res potero simpliciter commemorare. Verum & tibi tali uiro cōuenire puto, ut magis rem, quàm genus orationis cōsyderes. Et sic optime iudicabis, an aliquid dicam, quod nō sit utile, si remoueris Sophistas, neq; cauillationes eorum audieris. Singula autē animo cōsyderans expende, neq; id obiter aut segniter

niter facito, ſed cum ratione ac ſapientia, qua & præditum te eſſe dicunt. His enim adhibitis magis quàm opinione multorum, rectius de ipſis iudicaueris. Hæc igitur ſunt, quæ ducebam tibi præfanda eſſe. Iam uero ipſam rem aggrediemur.

Sic enim ſtatuo te, neq; tua negligere debere, & in pacanda Græcia hoc efficere, ut in cõcordiam reducas urbẽ Argiuorum, & Lacedæmoniorum & Thebanorum, & noſtram. Si enim has reconciliare interſe poteris, nullo opinor negocio, & alias cõcordes feceris. Nam omnes adhærẽt iſtis, & confugiunt ſi quando metuunt, ad quácũq; earum poſſunt, & auxilia inde petũt. Quod ſi quatuor urbibus ſolum perſuaſeris, ut cõcordes fiãt, & reliquas multis malis liberabis. Scias autẽ quod nullam oportet te contemnere, ſi merita earum erga maiores tuos conſyderabis. Inuenies enĩ in unaquaq; plurimam erga uos beneuolentiam magnaq; officia extare. Argos eſt tibi patria, cuius non minorem, quàm tuorum parentum te curam gerere decet. Thebani authoré generis ueſtri, oblatio-

Principalis propoſitio cõtinet duas partes, uidelicet, ut in Græcia cõſtituat concordiam. Itẽ ut Perſis bellũ inferat. Hic igitur partem priorẽ proponit, ut ciuitates inter ſe reconciliet. Et argumentatur primũ a meritis urbium.

nibus ac uictimis plusquàm deos alios ho norãt. Lacedæmonii uero semper iis, qui habent originem ab illo, & Regnũ & Principatum tradiderunt. Et si quid historiis ueterum credimus, aiunt urbẽ nostram causam Herculi extitisse immortalitatis, quemadmodum ex aliis facile cognosces. Nõ est enim mihi nunc referendi spaciũ. Præterea huius authoritate defensos fuisse liberos eius. Sola enim maxima pericula aduersus potentiam Euristhei sustinẽs, prohibuit eum inferre iniuriã, & liberos Herculis à perpetuo, in quo erant, metu liberauit. Pro quibus æquum erat non solũ illos qui tunc conseruati fuerunt, sed etiã qui nunc supersunt gratiam nobis habere. Nam beneficio nostro, & uiuũt, & præsentibus bonis fruuntur. Nisi enim illi seruati fuissent, ipsi ne nati quidẽ essent. Cũ igitur eiusmodi omnes urbes sint, nullas te quidem simultates cum ulla exercere oportebat. Sed hæc est hominum natura, ut sæpius peccemus omnes, quàm recte facim9. Quare præterita errata cõdonemus communi hominum conditioni. In poste

rum

rum autem prospiciamus, ne quid tale ac cidat. Estq; tibi cõsyderandum, ut eiusmo di beneficio illas afficias, quod & te & ipsarum meritis dignum uideatur, & oportunitatem nactus es. Nam propter spaciũ longi tẽporis putabunt non reddi sibi gratiam, sed se nunc primum accipere beneficium. Videtur autẽ præclarum esse, de potentissimis urbibus benemereri. Nec uero minus teipsum quàm illas adiuueris. Præterea si uoluntates alicuius ciuitatis offendisti, iam redibit tecum in gratiam. Priores enim offensiones præsentibus beneficiis obruentur. Iam & illud manifestũ est, quod omnes homines diu retinẽt memoriam istorum beneficiorum, quibus in calamitatibus affecti sunt. Vides autẽ quam misere sint bello adflictæ, nec dissimiles sint priuatis inter se dimicantibus. Et enim illos incensos ira nemo placare potest. Postquàm autẽ se mutuo læserũt, nemine dirimente certamen, ultro desinunt, quod & istas, nisi tu anteuerteris, facturas arbitror. Fortassis autem dicat aliquis, me suadere tibi, ut res impossibiles

Ab utilitate.

A possibilitate.

aggrediaris. Neq; em̃ Argiuos unquàm Lacedæmoniis amicos esse potuisse, neq; Lacedæmonios Thebanis. Neq; posse in cõcordiam redigi tales, qui semper de imperio contenderunt. Ego uero si urbs nostra, aut urbs Lacedæmoniorum dominaretur, nõ iuberem hoc tentare. Facile em̃ iudicarem alteram alteri impedimẽto fore. Nunc autem de illis non idem sentio, quia enim similibus calamitatibus omnes adflictæ sunt, magis optabũt nunc pacem, quàm olim cupiebant imperium. Ac fateor neminem alium posse reconciliare has urbes. Tibi autem nihil eiusmodi difficile. Video enim te multa perfecisse supra spem atq; opinionem aliorum. Itaq; uni tibi non difficile erit, has res efficere. Oportet enim excellentes uiros nõ tentare hæc, quæ aliquis è uulgo possit efficere, sed ea quæ nemo ali9 aggrediatur, nisi tibi fuerit & prudentia & rerum gestarum gloria conferendus. Miror autem esse qui arbitrentur impossibile esse, ut horũ aliquid perficias, si ignorãt ipsi, nec audierũt ab aliis quod sæpe accidit, ut qui inter se gesse

Ab urbiũ calamitatibus.

A Philippi & potentia & fortuna

se gesserunt atrocissima bella, postea recõ
ciliati maximorum bonorum authores
sibi mutuo extiterint. Quod maius bellũ
gessimus quàm cũ Xerxe? At huius ami
ciciam constat nos & Lacedæmonios po-
stea magis coluisse, q̃ illorum, qui utrisq;
auxilio ad parandum imperium fuerunt.
Ac quorsum pertinet uetera, & quæ cum
Barbaris gesta sunt cõmemorare. Quod
si quis aliorũ calamitates perspiciat & cõsy
deret, nullæ uidebuntur maiores iis quas
à Thebanis & Lacedæmoniis accepimus.
Tamen cum Lacedæmonii bellum The-
banis intulissent, ac Bœotiam deuastatu-
ri excindere urbes conarentur, nihilomi-
nus nos præsidio nostro illorum impetũ
fregimus. Ac rursus mutata fortuna cum
Thebani & Peloponnenses omnes Spartã
funditus euersuri essent, nos soli ex Græcis
eos, fœdere cum ipsis facto, defendimus.
Stultissimus igitur fuerit, si quis non exi-
stimet, eundem nunc animum ipsas habi
turas, cum uideat tantas mutationes esse
factas, & urbes neq; odia neq; fœdera, aut
aliud quicq̃ utilitati anteponere, præser-

tim ſi tu fueris author reconciliationis & hãc ſuadeat utilitas, & præſentia mala cogant amplecti. Hæc cũ omnia cõcurrant, facile pacem conſtitui poſſe arbitror.

Diſtributio q̃re Lacedęmonij pacem optare uideantur.

Commodiſſime autem te intellecturũ puto, utrum urbes inter ſe pacem an bellum malint, ſi præcipuas cauſas pacis faciendæ colligemus, etiamſi nõ omnes exacte recenſebimus. Ac primum quidẽ conſyderemus Lacedæmoniorum ſtatum. Hi enim cum Græcorum imperium obtinerent, breui tempore ſummam mutationẽ terra mariq; perpeſſi ſunt, poſtquàm pugna in Leuctris commiſſa uicti imperium Græciæ amiſerunt. Huiuſmodi autem uiros perdiderunt ex ſuis, qui mori quàm uiuere maluerunt, ſuperati ab his quibus ipſi prius dominabantur. Ad hæc uniuerſos Peloponẽſes, qui prius ipſos ſequuti aduerſus alios erant, eos cũ Thebanis in ſuã ditionem irruptionem facere uiderunt. Cum quibus non foris de poſſeſſionibus, ſed in media urbe ad ipſam curiam pro uita liberorum & coniugũ pugnare coacti ſunt. In quo prælio ſi non uiciſſent, mox

uniuerſi

uniuersi funditus periissent. Postq̃ autem uicerunt, tamẽ nondum his malis defuncti fuerunt, sed foris cũ uicinis perpetuũ bellum gerere coguntur, & propter perfidiã ab omnibus Peloponensibus deseruntur, suntq; in odio apud omnes Græcos, die ac nocte à seruis uexantur, nullũ tempus intermittentes, quo non aut sua, aut sociorũ causa militent. Ad quæ mala hoc accedit etiam quod est maximũ. Semper enim metuunt, ne Thebani reconciliati Phocensibus, reuersi maioribus q̃ prius unquàm calamitatibus ipsos afficiant. Atqui cum ita se res habeat, quis non existimet Lacedæmonios libenter uisuros esse præstantem uirum, qui efficiat sua authoritate, ut concordia coeat, & præsentia bella dirimantur? Argiuos igitur in eodẽ uideas discrimine uersari, & propemodũ deterius habere. Nam undiq; bellum cũ finitimis gerunt, quemadmodũ & Lacedæmonii. Hoc autẽ differunt, quod illi quidem aduersus inferiores se, hi uero contra potentiores dimicant, id quod omnes miserrimũ esse intelligunt. Suntq; adeo in-

Quare Argiuis pace opus sit.

fortunati, ut parũ absit, quin singulis annis deuastari regionem uideant. Sed illud magis etiam miserum est, cũ desunt externa bella, domi præstantissimos ac ditissimos quosq; ciues trucidant, ex quo facinore maiorem animi uoluptatẽ capiunt, quàm ulli alii, si quando hostes suos interfecerint. Neq; uero alia causa est istarũ domesticarum discordiarũ, quàm illud perpetuum bellum, quod si composueris, nõ solum liberaueris eos ab externis malis, sed etiam efficies, ut inter ipsos domestica concordia constituatur. Sed neq; ignoras quo in statu sint res Thebanorum, qui cũ præclara uictoria potiti, & maximã ex ea gloriam cõsequuti essent, quia nesciebant secunda fortuna recte uti, nihil à uictis & calamitosis differũt. Priusquàm enim defuncti essent bello cum Lacedæmoniis, cunq; nondum eos domitos in potestate haberent, incipiebant omnes contẽnere, urbes uexabant in Peloponneso, & Thessaliam inuadebant redacturi eam in seruitutem. Megarensibus quoq; uicinis suis minabãtur, ac parte aliqua dicionis urbem

Quare Thebani pacẽ optare uideant.

nostram

nostram priuabant. Deuastabant Eubœã, Bizantiũ Triremes mittebant, tanq̃ imperium terra mariq; sperantes. Tandẽ bello aduersus Phocenses suscepto, hoc sibi plane persuasum habebant, quod breui omnia finitima loca superatis urbibus occupaturi, & pecunias in Delphis pro priuatis sumptib9 accepturi essent. Sed nihil horum successit. Interim enim dum urbes Phocensium oppugnant, proprias urbes amittũt, dumq; hostium ditionem incursant, plus damni acceperunt priusquàm redirent, quàm intulerunt. Nam in Phocide quidem perpaucos conducticios milites, quibus mori quàm uiuere magis expedit occiderunt. Discedentes autem præstantissimos, & qui uitam profundere pro patria audebant, interfecerunt. At tunc temporis eorum res in eo statu erant, ut cum se uniuersos Græcos in potestatem suam redacturos esse sperassent, nunc in uno te omnem salutis suæ spem positam habent. Proinde arbitror illos statim facturos esse, quicquid iusseris. Reliquum esset ut quoq; de urbe nostra dicerem, ni

Quod si ea bene sibi prospiciens, prima pacem fecisset, quam tibi nunc adiumento fore, in iis quæ constitueris, nullum mihi dubium est, maxime si animaduerterit omnia tua consilia spectare ad bellum aduersus Barbaros mouendũ. Quapropter non impossibile esse, ut has urbes inter se coniungas ex his quæ dicta sunt, manifestum tibi esse puto. Et multis præterea argumẽtis declarabo, quod nullo negotio hæc res confici queat. Nam si cõstat quosdam ex maioribus nostris, minus his, de quibus nos deliberauimus, & honesta & pia aggressos esse, multa tamen maiora ac difficiliora perfecisse, quare nonnulli affirmãt te faciliora perficere nõ posse, cum illi difficiliora perfecerint? Primum autem cõsydera Alcibiaden, qui cum à nobis esset expulsus, aliosq; simili ante se iniuria affectos uideret propter magnitudinem urbis deterritos quieuisse, non eodem quo illi animo exilium tulit, sed ui conandum esse aliquid existimans, aduersus eam bellum suscepit, quæ igitur consequuta sint, nihil attinet singula recensere, & fortassis in

Athenienses pacem optauerint

Conclusio loci a possibilitare.

Amplificatio ex minore.

Ab exemplo Alcibiadis ciuis Atheniensis.

ſis in præſentia intempeſtiuum foret. Hic uero non modo urbem, ſed Lacedæmonios etiam cum cæteris Græcis in tantum diſcrimẽ adduxit, ut ei9 belli uulnera nõdum ſanata ſint. Lacedæmonii autem, qui per id tempus florebant, per Alcibiaden in præſentia infortunia inciderunt. Cum enim ab ipſo perſuaſi eſſent, ut imperium mari affectarent, terra principatum amiſerunt. Atq; hoc uere dici poteſt, Lacedæmoniis hoc fuiſſe ſeminarium horum malorum, in quibus nunc ſunt, cũ principatum maris adepti fuerunt. Poſtquàm igitur tantas ille res effecit, rediit in patriam maxima cum gloria, etſi à nonnullis reprehenditur. Conon non multis annis poſt ſimilia fecit iſtorum, qui cum nauali prælio circa Helleſpontum, non ſua culpa, ſed collegarum, ſuperatus eſſet, noluit domum redire. Traiiciens autem in Cyprum, priuatam aliquãtiſper uitam egit, dum Ageſilaũ ingentibus copiis in Aſiã tranſiiſſe, ac regionem occupare accepiſſet, ubi magnitudinẽ animi tantam oſtẽdit, ut cum nullam aliam occaſionẽ, præ-

A Cononis ciuis Attici exẽplo

ter suum corpus atq; cōsilium haberet, in spem uenerit se Lacedæmonios, qui tunc aliis Græcis terra mariq; imperabant, debellare posse. Ac missis Legatis ad Præfectos Regis Persarum, se facturum hæc cōfirmauit. Quid opus est uerbis? Comparato nauali exercitu, cum circa Gnidum uictoriam adeptus esset, principatū ademit Lacedæmoniis, & cæteris Græcis libertatem reddidit. Neq; uero muros solum patriæ refecit, sed urbi etiam restituit pristinam dignitatem, quam ante amiserat. At quis unquàm sperasset fore, ut ab homine priuato, & quem fortuna fregerat, status totius Græciæ uerteretur? & uir talis, aliis urbibus imperium ademptum aliis redderet? Dionysius autem (multis enim exemplis tibi persuadebo rem facilem esse ad quam te hortor) cum genere & gloria & aliis reb9, cæteris Syracusanis esset inferior, tamen ualde & furenter cōcupisceret monarchiam, omīa tentauit per quæ imperium se consequi posse existimabat. Occupauit Syracusas & ciuitates in Sicilia quotquot Græci nominis erāt, omnes

Ab exemplo Dionysij superioris regis Syracusani.

redegit

redegit in suam potestatem. Copias autẽ tantas & pedestres & nauticas comparauit, ut haud quisquam alius maiorem prius exercitum habuerit. Præterea Cyrus, ut mentionem quoq; Barbarorum faciamus, cum à matre in uiam expositus, & à muliere Perside sublat9 esset, mutata postea fortuna imperium totius Asiæ adeptus est. Si uero Alcibiades urbe eiect9, Conon profligatus, Dionysius ignobilis, & Cyrus ex tam miserabili uitæ initio, maximis rebus gestis adeo processerunt, ac tantas res perfecerunt, cur te maiorum imaginib9 clarum ac Macedoniæ regem tam potentem facile effecturum hæc quæ dicta sunt sperare non oporteat? Consydera autem quam honeste sis facturus, si tales res imprimis gerendas susceperis, quæ si fœliciter procedent, parem tibi gloriam illis cõparaueris, qui fama & laude amplissimi extiterunt: sin expectatione frustratus fueris, magnam tamẽ gratiam apud Græcos inibis, quorum retinere beneuolentiam tibi longe honestius est, quàm multas illorum urbes ui occupare. Nam ea res in-

A Cyri exemplo.

Epilogus exemplorum.

Ab honesto.

uidiã atq; odium & maledicta parit. Illud uero quod nos tibi consulimus, nihil isto rum habet. Ac si quid tibi à diis optandũ foret, quo laudatam uitam gloriose degeres, me consiliario nihil perinde quàm hoc tibi expetendũ esset. Non solum enĩ aliis admirationi eris, sed tu teipsum beatum prædicabis. Nam quæ maior fœlicitas tibi contingat, quàm cum legati præstantes uiri ex potẽtissimis urbibus ad tuũ principatum uenient, de communi tecũ salute deliberaturi, & te plurimi facient, propterea quod nemo perinde ut tu communis status curam suscipiat. Senties autem te authore totius Græciæ consensum fore, eamq; quidquid præscripseris diligẽter facturam esse. Nam alii audient prædicari res easdem quas tecum gerunt. Alii optabunt ne in perficiendis rebus spe tua frustreris. Alii solliciti erunt ne quid accidat tibi priusquàm finẽ rebus imponas. Quæ cum ita accident, cur nõ merito glorieris? cur non magno cum gaudio uitã agas? cum scias te tantarum rerum authorem esse factum? Quis autem eorum est, qui uel

qui uel mediocriter iudicare possunt, qui nõ maxime ad has res suscipiendas te hortetur, quæ tibi geminum fructum afferre possunt, uidelicet, uoluptates maximas, atq; honores sempiternos. Desinerem modo, nisi prætermisissem quandam admonitionem, quam nõ obliuione, sed uerecundia impeditus, nõdum exposui, atq; etiam num uereor dicere. Verũ tibi prodesse existimo ut audias, & me libere decet, ut soleo, loqui. Animaduerto quosdã inuidos te calumniari, qui urbes & seditionem concitant, & in cõmuni pace bellũ optabilius sibi esse iudicant, hi rebus aliis neglectis de potẽtia tua loquuntur, quod non pro Græcia, sed contra ipsam augeat. Et iam olim nobis insidieris, pollicitus uerbis te Messeniis auxiliaturum, cum re hoc agas, ut si Phocensium negocia cõfeceris, Pelopõnesum in tuam potestatẽ redigas. Habes Thebanos & Thessalos, & omnes Amphictyones qui te sequantur. Argiui uero, & Messenii, & Megapolitæ, aliiq; multi te ad delendos Lacedæmonios adiuuare parati sunt. Proinde si hæc cõ

Occupatio qua recte significat Philippo, qd de ipso suspicentur Grẹci, et admonet ut purget re ipsa suspitiones illas.

feceris, minimo negotio dicunt te cæteros Græcos oppressurũ esse. Has fabulas spargũt in uulgus, tanquàm exacte cõsilia tua norint. Et quia dicendo peruertũt omnia, multis persuadent, ac præsertim istis qui eadem mala, quæ Oratores, expetunt, & aliis plurimis, qui ipsi non sapiunt, nec Reipub. curam gerũt, sed credunt his qui simulant se pro ipsis sollicitos esse. Postremo persuadent nonnullis suspiciosis, qui & apparatu tuo mouentur, & arbitrantur rem dignam esse, quam aliquis concupiscat. Qui tantum abest, ut recte iudicent, ut non intelligant eadem argumenta in aliis non idem ualere. De rege Asiæ recte diuinarẽt, quod Græcis insidiaret, si quid appararet. Nam hæc res esset ei gloriosa. Si quis autẽ de aliquo qui ortus est ab Hercule, qui uniuersæ Græciæ seruator fuit, hoc suspicetur, maxima eum contumelia affecerit. Quis enim non indignetur, si illis insidiari uideatur, pro quibus maiores eius nulla pericula adire recusauerunt? ac beneuolentiam quam reliquerũt suis posteris, non retinere conetur, sed his neglectis,

Diluit suspitionẽ ab honesto figurate dehortãs Philippum.

ctis, res turpes & ignominiosas appetat. Quorum te meminisse oportet, nec despicere talem famam tibi undiq; exorienté, qua te inimici tui deformare conantur. Amicoꝝ aũt nemo est, qui te excusare nõ audeat. Atqui in his diuersis sententiis potissimum ueritatem, & quid tibi faciendũ sit, perspicere poteris. Sed fortassis indignum putas, hæc conuicia curare, præsertim cum nullius tibi criminis cõscius sis. Verum nõ est aspernanda publica hominum beneuolentia, nec leuiter curandũ, ut de te bene sentiát omnes, sed existimabis tũc honestam & magnam gloriam te cõsequutum esse, quæ & te & maiorũ tuorum gestis digna sit, si dederis operam, ut uniuersi Græci sic erga te affecti sint, sicut Lacedæmonii erga suos reges, & socii tui erga te. Nec difficile dictu est, quo modo hæc consequi possis, uidelicet, si fueris cõmunis omnibus ciuitatibus, nec significes te aliis familiaré esse, alios odisse. Deinde si talia geras, ex quibus Græci intelligant, se tibi fidem tuto habere posse, Barbaris uero formidabilis existas. Ac ne mi

Publica hominũ opinio nõ negligenda principi.

reris, quæ ad Dionysiū Tyrannū scripsi, si liberius tecum egi, cū neq; dux sim belli, neq; Orator. Deniq; prorsus non sim in Repub. Ego enim minime omniū à natura instructis fui ad capessandam Rempub. Nam neq; uocem ad dicendum accōmodatam, neq; animum habui, quo resisterem multitudini, eosq; lacessere ac irritare auderem, qui in foro uersant. Quod autem ad sapientiam & rectam institutionem attinet, tametsi inciuili⁹ hoc aliquis dictum putet, contenderim ac mihi ipsi locum, haud inter postremos, sed qui præstantiores sunt aliis, tribuerim, ideoq; hoc modo quo solitus sum, quoq; possum ciuitati aliisq; Græcis ac uiris præstantibus consulere studeo. Hactenus & de me dixi, & exposui quid tibi agendum esse erga Græcos existimem. De expeditione auté in Asiam uideor mihi consilium tunc daturus ciuitatibus, quas tibi reconciliādas esse dixi, quod aduersus Barbaros oporteat bellum geri, quando eas esse concordes uidebimus Sed nunc ad te scribā longe affectus aliter atq; olim eram, cum idē argumen

Transitio. Secunda pars orationis in qua est adhortatio ad suscipiendum bellū contra Persas.

argumentũ ad te ſcribebam. Tunc enim iubebam auditores, ut me audacter irriderent & contemnerent, ſi quid infra dignitatem rerum, & exiſtimationis meæ & tẽporis, quod in ſtudio eloquentiæ collocaueram, dixiſſem. At nunc uereor ne his omnibus dictis multo frigidius diſſeram. Etenim cæteris qui philoſophiæ dant operam, oratio Panegyrica præter alia magnam ubertatem ad eloquentiam attulit, me uero reddidit infantem, quod nec eadem quæ in Panegyrico ſcripta continebantur, ſum dicturus, nec noua inuenire poſſum. Nec deſiſtendum tamen, ſed de quibus inſtitui, dicendum eſt, & colligenda ea quæ conducere uidentur ad te perſuadendum. Et ut maxime non ſatisfaciam magnitudini rei, nec Panegyricum æquare nunc poſſim, ſubminiſtrabo tamen idonea argumenta his qui hanc cauſam abſoluere poterunt. Cum igitur ſine domeſtica concordia aduerſus Aſiam bellum ſuſcipi nequeat, commode me exordium ſumpſiſſe puto, ex cauſa quæ maxime ad rem faciebat. Neminẽ enim quic-

Repetitio primæ partis cum amplificatiõe cõmemorato insigni exẽplo.

quàm tentare oportet, quàm alterutrum Græcos esse facturos cognouerit, aut unà militaturos, aut certe non aduersaturos esse, quæ Agesilaus, qui Lacedæmoniorũ prudentissimus iudicatus est neglexit, nõ per imprudentiam, sed per ambitionem. Duas enim cupiditates habebat, utramq; quidem honestam, sed quæ non consentiebant inter se, nec poterant simul existere. Nam & regi bellũ inferre & socios Lacedæmoniorũ reducere in ciuitates suas, & Lacedemonios rerum omnium domi nos efficere conabatur. Dum itaq; tantũ Lacedæmoniorũ potentiam augere studet Græci in magnas discordias inciderunt. Quare neq; domi otiũ habebat, neq; Barbaris inferre bellum poterat. Ex illis erratis istius temporis facile nunc iudicari potest, non inferendum esse bellum exteris, priusquàm concordia inter Græcos cõstituta sit, idq; tibi consulam, & arbitror neminem, qui modo sanus sit, hoc consilium reprehendere posse. Existimo autẽ

Incipit argumẽtari & hortari

alios, si qui te ad bellum Persicum cohortantur, his uti argumentis, quod omnes

suscepto

suscepto hoc bello ex obscuris clari facti sint, ex tenuibus diuites, ac multarum urbium atque regionum domini. Ego autem aliis utar argumentis, uidelicet, commemoratione istorum, qui uidentur aliqua clade affecti. Commemorabo autem Cyri & Clearchi expeditionem. Hos fatentur omnes tam facile fudisse regis exercitũ, ut si uiri cum fœminis dimicassent. Sed cum potiti iam uictoria uiderentur, Cyri temeritate cladem accepisse. Cõstat enim hunc successu elatum, dum longe ante alios ad persequendos hostes in fugam uersos prouolat, circumuentum ab illis fuisse, ac interfectum, nõdum tamen, & si fortuna mutata erat, rex uiribus suis confidere audebat, adeo ut cum Clearcho & aliis ducibus accersitis in colloquium uenerit, promittens se magna munera daturum ipsis ac soluto integro stipendio, milites cæteros dimissurum esse. Quos cum tali spe ac data publica fide subduxisset, eos cõprehensos contra datam fidem interemit, quod erga deos peccare mallet, quàm ut cũ militibus, qui tamen amiserant ducẽ,

ad bellum Persis inferẽdum, & primum a facili ducit argumentum.

Ab exemplis argumentat, & primũ ex minori.

pugnaret. Quæ possit adhorratio efficacior esse? Apparet enim hos futuros fuisse uictores, nisi propter Cyri temeritatem uictoria rursus eis erepta esset. Tu autem tales casus facile cauere poteris, & ubi semel uicerit exercitus tuus, multo acrius instare, & renouare bellum. Quorum utrunqꝫ cum tu efficere queas, maxime oportet te in hac expeditione suscipienda confidere. Nemo uero existimet me uelle dissimulare, quod horum aliqua eodem modo prius dixi. Si enim eadem arguméta consulto repeterem, ut fierent nociora, præclare dicta essent. Quod si declamationé scriberem, huiusmodi reprehensionem cauere studuissem. Desipere auté uiderer, dum tibi cõsilii mei sententiam expono, si maiorem haberem curam dictiõis quàm rerum. Præterea cũ uideam alios meis uti, cur ipse solus, ab iis quæ prius dicta sunt, abstineam? Proinde cũ res postulat, & decori ratio sinit, ex meis aliquid mutuari soleo, ab aliis nihil sumo. Idem nunc quoqꝫ facio. Porro differendum mihi uidetur, qualis esse tu⁹ apparatus debeat, & qualis

sit isto-

ſit iſtorum. Quod igitur potiſſimum eſt, tu habebis Græcos erga te beneuolos, ſiquidem conſilium meum ſequeris. Illi autem propter decem præfectos Lacedæmonios, Græcos inimiciſſimos habebant. Exiſtimabant enim ſi rex uinceret, futurum ut à præſentibus malis liberarentur, idq; accidit. Si uero Cyr9 & Clearchus uincerent, fore ut in acerbiorem ſeruitutem inciderent, aucta potentia Lacedæmoniorũ. Et milites facile inuenies, quotquot uolueris. Sic enim res Græciæ habent ſe, ut minori negotio, multo maiorem ac ualidiorem exercitum ex uagabundis conficere, quàm ex ciuibus poſſis. Illis autẽ temporibus nulli mercenarii milites erant. Itaq; cum uellent in urbibus cõducere milites, maiore pecunia opus erat ad eã rem impetrandã, q̃ ad ſtipendiũ. Quod ſi iam cõferre uoluerimus te, qui cũ exercitũ ſis ducturus, omnia ex arbitrio tuo gubernabis, & Clearchũ penes quẽ olim rerũ ſumma fuit, inueniemus illũ nulli unq̃ exercitui antea præfuiſſe, ſed ex calamitate, quæ ei ad Epirum accidit, primũ inclaruiſſe.

Amplificat locũ a poſſibili, ex circumſtãtiis & collatione, quare alij ante nil effecerint, & contra nunc Philippo uideatur res ſuc ceſſura eſſe

Ab occaſione militũ conducẽdorum.

cũ tu multas & maximas res præclare gesſeris, de quibus ſi apud alios dicerẽ, digna eſſent quæ cõmemorarentur. Nunc cum ad te orationem habeam, ſuperuacaneũ eſt eas recenſere. At dignum eſt ut mẽtionem quoq; faciamus, aduerſus qualem regem te ad ſuſcipiendum bellũ incitemus, & qualis ille fuerit, cum quo bellum geſſit Clearchus, ut conſiliũ ac potentiá utriuſq; cognoſcas. Huius pater urbẽ noſtram, deinde Lacedæmonem bello uexauit. Iſte autem nullos unqàm hoſtes regionẽ ſuã deuaſtantes uicit. Deinde ille totam Aſiã certo fœdere à Græcis recepit. Iſte tantũ abeſt, ut Græcis imperet, ut nec ſuam ditionẽ in officio retinere queat. Itaq; nemo non dubitauerit, utrum exiſtimare oporteat, utrum hic alienet a ſe uoluntates hominum propter mollíciem, an uero prouinciæ faſtidiant & contemnant Barbaricam potentiam. Quis autem non excitetur ad bellum illi inferendum, hoc ſtatu regni iſtius cognito? Aegyptus quidẽ tũc defecerat. Verum metuebant ne quando illaturus bellũ, & tranſitu fluminis, & uniuerſo

A perſona regis Perſarum.

uerso apparatu potiretur. Nunc autē iste liberauit eos hoc metu. Maximo enim exercitu cōparato, postquàm acie dimicasset cum ipsis, recessit illinc non uictus solum, sed etiam derisus, nec dignus uisus est, qui aut regnaret, aut exercitui præesset. Itaq; Cyprus, Phœnice, Cilicia, & alia uicina loca, unde classes contractæ erant, tunc quidē cum rege erant, nunc partim desciuerunt, partim bello ac tantis malis affliguntur, ut nulla utilitas ex his gentibus ad ipsum perueniat, tibi uero, quod si bellum aduersus illū susceperis, non inutiles sint futuræ. Et Menidrea opulentissimum omnium in continente, uerisimile est inimiciorem esse regi, quàm omnes qui cum eo bellū gerunt. Miserrimus enī omnium hominum esset, nisi exitium isti optaret, qui fratrem ipsius iniuria affecit, & secum bellum gessit, omniq; tempore sibi insidias machinatus est, ut corpore ipsius ac fortunis omnibus potiretur. Quæ metuēs illi nunc seruire, & magnam uim pecuniæ quotannis transmittere cogitur. Quod si tu in Asiam traieceris, ille tuū ad-

A dubia fi de præfectorum.

uentum libenter uidebit, existimans te in auxilium sibi uenisse. Et facile efficies ut alii quoq; multi Satrapæ deficiant, si libertatem eis pollicitus fueris, & nomen hoc in Asiam seminaueris, quod cum in Græcos incidisset, & nostrũ & Lacedæmoniorum imperium dissoluit. Plura adhuc recensere possem, qua ratione bellum gesturus, statim regno potiaris, sed uereor ne aliqui reprehẽdant nos, quod cum nunq̃ res tantas gesserimus, tibi qui plurima & maxima bella confeceris, consilium dare audeamus. Itaq; nõ opus esse puto, ut plura de his dicam. Cæterum non opinor longa adhortatione opus esse. Satis est em̃ recensere exempla maiorum tuorum, uidelicet patris tui, & eius qui prius regnum Macedoniæ constituit. Præterea & Herculis, qui generis uestri author est. Si quẽ horum in consilium adhiberes, eadem tibi consulerent. Coniecturam enim facio ex rebus gestis eorum. Nam pater tuus studebat urbium istarum beneuolentiam retinere, quarũ amicitiam tibi profuturam esse dixi. Et primus Macedoniæ rex, cum regnum

Reiectio q̃ non uelit plura dicere de modo apparãdi belli. Redit igit̃ ad adhortationem, & argumenta a maiorũ exemplis patris Amyntæ, & primi regis Macedonũ Perdicæ.

regnum concupiſceret non eſt uſus eiuſmodi conſiliis, qualibus utuntur alii, qui regna inuadere conantur. Alii enim in ſu is ciuitatibus tumultus excitant, ciues tru cidant, & per ſeditionẽ imperia inuadunt. Iſte autem relicta Græcia, de occupanda Macedonia cogitauit. Sciebat enim Græ cos nõ aſſuefactos eſſe ferre monarchas. Alias uero gentes non poſſe tranquillas eſ ſe, niſi monarchas haberent. Cum igitur hoc peculiare cõſilium ſequeretur, regnũ adeptus eſt longe maius ac potentius aliis. Solus enim Græcorum cũ ſuæ genti imperare nollet, pericula quæ impendẽt mo narchis effugit. Nam cæteros quicunq apud Græcos tale aliquid moliti ſunt, inuenìemus non ſolum oppreſſos, ſed fundi tus cum ſuis familiis deletos eſſe. Iſte autem cum in ſumma fœlicitate uixiſſet, po ſteris etiam regnum ſuum tenendum reliquit. De Hercule igitur, alii in laudanda eis fortitudine, ac recenſendis certami nibus, immorantur, de cæteris uero animi uirtutibus, quibus præditus fuit, neq Poëtarum quenquàm, neq Oratorum ul

Ab exemplo Hercu lis.

Iam fecisse mentionem constat. Ego autem locum esse uideo singularem ac per difficilem, nec humilem aut inanem, sed qui multis laudib9 & præclaris rebus abũdet, quiq; requirat aliquem, qui pro digni tate illas explicare possit. Quẽ si ætate florente tractandũ suscepissem, facile demon strassem progenitorem uestrum, non minus prudentia, philosophia, ac iusticia, q̃ corporis robore, maiores omẽs excelluisse. Iam uero postquàm ad locũ ipsum perueni, perspecta rerum magnitudine quas cõtinebat, intelligebam uires meas imbecilliores esse, & hanc orationem duplo longiorẽ fore sentiebam. Ob quas quidẽ causas, omnia alia omittens, unã ex ipsis rem elegi, quæ & cõueniebat his quæ dicta sũt, & hac causa digna erat, & huic loco maxime idonea. Ille enim cum uideret Græciã bellis, seditiõibus & aliis malis esse plenã his pacatis & ciuitatibus in concordiam redactis, exemplum in posterum proposuit, quibus cũ, aut aduersus quos, bellũ gerere cõueniat atq; oporteat. Ausus est enim bellum inferre Troianis, qui tunc in Asia poten-

potentiſſimi erant, ac tantũ excelluit uirtute, ut cũ alii decennio uix potiti eſſent Troia, iſte paucioribus diebus, quàm alii annis, & quidem cum exiguis copiis rem perfecerit. Deinde reges in utroq; littore maris mediterranei occidit: quos, niſi eorum exercitus uiciſſet, nunquàm perdere potuiſſet. Hæc poſtquàm perfecit, extruxit columnas illas quæ uocantur Herculis, trophæum quidem Barbarorum, uirtutis uero ſuæ ac periculorum monimentum, totiuſq; Græciæ terminos. Propterea uero hæc tibi recenſui, ut intelligas quod hac oratione ad eas res te adhorter, ad quas ipſis factis te hortari maiores uidentur. Omnes igitur qui ſibi magnas res in animo proponunt, & qui imperia concupiſcunt, tales exiſtere conari oportet. Tibi uero in primis conuenit. Cum enim non alienis, ſed domeſticis exemplis utar, æquum eſt ut ipſum te excites, deſq; operam, ut progenitoris ſimilimus fias. Nõ autem dico, quod omnes res Herculis geſtas imitari queas, nam pleriq; Deorum id præſtare non poſſent, ſed quantũ ad manſuetudi-

nem animi pertinet, ut humanitate ac be neuolentia, quam habuit erga Græcos, il/ lius uoluntatem poſſis adæquare. Sit autẽ tibi perſuaſum, quod ſi his quæ dixi obſe quutus fueris, te qualencũq; uolueris glo/ riam conſequuturum eſſe. Facilius enim tibi eſt ex præſenti ſtatu ad ſummam glo riam peruenire, quàm olim erat ex humi li loco ad præſentem ſtatum aſcendere. Conſydera autem quod te adhortor, non ut Barbaros adducas aduerſus hos, quos iniuſtum eſſet inuadere, ſed ut Græcos du cas aduerſus Barbaros, aduerſus quos ma xime decet ortos ab Hercule bella gere/ re. Nec mireris, quod ſubinde ad beneuo lentiam ac manſuetudinem, humanita/ tiſq; officia Græcis præſtanda te adhortor. Video enim acerbitatem imperiorum, & iis qui in ſubditos exercent eam, & illis in quos adhibetur, eſſe pernicioſam, mãſue/ tudinem uero non ſolum in brutis & ho/ minibus, cæteriſq; omnibus probari, ſed etiam in diis, quorũ qui beneficia in nos conferunt, Olympii uocantur. Alii uero qui ſunt ad pœnas ſuppliciaq; ordinati, odioſis

Locus cõ/ munis de manſuetu/ dine prin/ cipum.

odiosis appellãtur nominibus. Et hos honore afficimus tum priuatim tum publice positis aris ac templis. Illis autẽ neq; sacrificia fiunt, sed depulsæ. Quæ te considerantem illis assuescere ac meditari oportet, ut om̃es multo de te præclarius, quàm hactenus sentiant. Nam quicunq; maiorem, quàm cæteri, gloriam expetunt, hos in animo sibi res possibiles quidem, sed uoto similes proponere decet, quas per occasionem perficere conentur. Cum autẽ ex multis intelligere queas, quod hoc modo tibi agendũ sit, maxime intelliges ex iis, quæ Iasoni acciderũt. Ille enim quanq̃ tantas res, quãtas tu perfecisti, nunquàm gessisset, maximam tamen gloriam, non factis, sed dictis consequutus est. Prædicabat enim se in Asiam traiecturum esse, ut Persis bellum inferret. Quod si uero is, dissipato isto rumore famam nominis sui illustriorem reddidit, qualẽ ipsos de te opinionem habituros existimas, ubi hæc re ipsa perfeceris, ac præsertim si totum regnum subigere conatus fueris? Sin minus, regionem quantũ poteris maximam eri-

Redit ad adhortationẽ

Ab exemplo Iasonis Pheræi, qui non multo ante Philippũ Thessaliã tenuit

pias, eamq; Asiæ partem occupes, quam à Cilicia terminari ad Sinopen aiũt. Vrbes præterea ibidem condas, & istos eo deducas, qui passim propter inopiam rerũ necessariorum uagantur, omnia quocunq; uenerint deuastantes. Qui nisi coacti in unum locum coherceantur, & quæ ad uitam sunt necessaria habuerint, paulatim nobis non animaduertentibus ita crescẽt, ut non minus Græcis, quàm Barbaris formidabiles sint, quorum nullam gerimus curam, sed nobis omnibus augeri cõmunem metum ac periculum ignoramus.

Deducẽdę Colonię et tradẽdi agri uagis militibus.

Est igitur prudentis uiri, qui & Græcos diligit, & longius ante alios animo prospicit, talibus contra Barbaros abuti, ac tanta regione, quãta paulo ante diximus, abscisa, uagos milites liberare his malis, quæ & ipsi paciuntur, & aliis præbent. Tum cõstituere ipsis urbes, quæ Græciam muniant, ac tanquàm nobis omnibus propugnaculum esse possint. Hæc enim si feceris nõ solum illos beatos, sed nos omnes etiã securos reddes. Sin autem frustratus fueris, tamẽ illud facile assequeris, ut ciuitatibus in

Alia utilitas ut Græcia exoneretur inquietis hominibus deductione coloniarum.

bus in Asia sitis pristinam libertatem re-
stituas. Quidquid autem horum efficere
potueris, uel tentaueris solum, non dubiũ
est, quin longe clarior futurus sis cæteris.
Nec immerito. Siquidem ipse tua sponte
ad hæc incitatus, Græcos quoq; impule-
ris. Quoniam nemo est qui nõ iure nunc
miretur ea quæ contigerunt, ac despiciat
nos, quod apud Barbaros, quos effœmi-
natos & imbelles, & delinitos esse uolupta
tum illecebris existimabamus, uiri extite
rint, qui imperium Græciæ concupiscere
ausi sint. Nec Græcorum quisquàm ha-
buerit tantũ animi, ut dominos Asiæ nos
efficere conatus sit. Adeo autem superant
nos animi magnitudine, ut cũ illi ultro
nobis iniuriam attulerint, nos ne lacessi-
ti quidẽ propulsare uim audeamus. Cũq;
ipsi fateantur se in omnibus expeditioni
bus, neq; milites neq; duces habere, nec il
lis deniq; rebus ad pericula necessariis in-
structos esse, sed hæc omnia à nobis accer
si, tamen amentia nostra tanta est, ut cum
tuto potiri illorum imperio possemus, bel
la tamen inter nos de nihili rebus gera-

mus. Et simul dum eos, qui ab imperio regis desciuerũt, euertimus, nõ animaduertimus quod unà cum paternis inimicis hos qui nobis cognati sunt, perdamus. Proinde existimo etiam te ex utilitate tua facturum esse, si cum alii tam effœminati sint, bellum illi inferas. Decet autem cæteros, qui ab Hercule orti sunt, quiq; eadem Repub. & eisdem legibus tenentur, illam urbem amare, quam ipsi inhabitant. Te uero tanquàm liberum natũ, totam Græciam patriam existimare, quemadmodũ & progenitor uester, & pro ipsa æque te periculis obiicere, atq; pro iis, quorũ maximam curam geris. Fortassis autem aliqui me reprehendere audebũt, qui nihil aliud quàm calũniari possũt, quod omissa urbe nostra, te ad expeditionem aduersus Barbaros, & ad suscipiendam curam totius Græciæ hortari uoluerim. Ego uero, si cum ullis aliis prius de his quàm cũ patria disputassem, quæ Græcos in libertatem ter asseruit, bis quidem à Barbaris, semel à potentia Lacedæmoniorũ, faterer me iure reprehẽdi. Nunc autem constat,

Cur ad Philippũ. potius, q̃ suos ciues scribat.

quod

quod primũ illam summo studio ad hæc cohortatus sim. Sed ubi orationẽ meam animaduerti, minus authoritatis apud ipsam habere, q̃ illos qui pro contione fuerebant, eam quidẽ missam feci, nec ideo tamẽ à suscepto negotio destiti. Quapropter omnes me nõ immerito laudarint, quod quantum in me est, summã semper diligentiam adhibui, ut Barbaris bellum inferref, & accusaui eos qui diuersum à me sentiebant. Persuadere autem istos conatus sum, quos maxime sperabam posse, & de Græcis benemereri, & præsentem fœlicitatẽ Barbaris eripere. Propterea etiam ad te orationem nũc habeo. Quanq̃ enim oratio mea inuidiam subitura est, tamen res ipsas, ubi abs te perfectæ fuerint, omnes probabunt, ac quamuis hoc consiliũ nemo adiuuerit, tamen omnes beneficio tuo frui uolent. Porro consydera, quàm turpe sit nobis perpeti, Asiam dominari Europæ, & Barbaros opulẽtiores esse Græcis. Præterea Cyri posteros, quẽ in publicã uiã mater exposuerat, reges mgnos nominari, Herculis uero posteros, cuius ortũ

Ab ĩdignitate, cõfert enim ortũ Cyri et Herculis posterorum.

genitor ipſius propter uirtuté ad deos retulit, humilioribus quàm illos titulis appellari. Quorum nihil concedendum eſt, ſed transponenda hæc omnia, & inuertenda ſunt. Scias autem quod nihil horum tibi perſuadere conatus eſſem, ſi ſolam potentiam, & opes te ex iſtis cõſequuturum uiderem. His enim iam & abũdare te puto, & omnes eorum copiam exiſtimo conſequi poſſe, quicunq; pericula adire uoluerint, ut aut hæc aſſequãtur, aut uitam profundant. Enimuero horum cauſa non inſtitui orationem, ſed quod ampliſſimã ac pulcherrimam gloriam tibi propoſitam eſſe iudicaui. Cogita autem quod omnes mortalia corpora habeamus, uerum gloria, & laude, & fama poſteritatis, immortalitatem aſſequimur, quam qui concupiſcunt eos multa perferre decet. Vides hos qui inter priuatos habẽtur honeſtiſſimi, quod cum alioqui propter nullam rem in periculum uitam adducãt, pro inſigni tamen gloria conſequenda, in bellis æquo animo mortem oppetant. Quicũq; enim ſubinde maiorem famam concupiſcunt, plane

Collatio locorũ utilitatis & honeſtatis.

plane ab omnibus laudantur, qui uero nihil aliud, quàm quod uulgus nullo iudicio admiratur, desyderant, abiectiores esse & deteriores uidentur. Quod autem omnium quæ dixi maximum est, sæpe quidẽ contigit, ut imperia & opes peruenerint in hostium potestatem, at beneuolentia ciuium stabile bonum est, quæ nõ potest ad alios trãsmitti, nisi ad liberos. Itaq; pu deret me, nisi horum gratia, mouendam hanc expeditionem & suscipiendum bellum, & periculum adeundum esse, tibi cõ suluissem. Verũ ita de his optime statues, si nõ modo hanc te orationem, sed maiores egregiis factis, atq; exẽplis te adhortari existimaueris, qui propter susceptam ad uersus illos expeditionem clariores facti, pro semideis habent. Præcipue uero exuscitet te tantarum rerum perficiendarũ occasio, cum regum in Europa longe po tentissimus sis, & is contra quem bellũ ge res, præ cæteris omnibus qui unq̃ fuerũt, odio & cõtemptui habeatur. Magnopere uellem me omnia, quæ de hac causa alibi dixi, colligere posse. Operæpretium enim

Epilogus adhortationis.

Ab occasione.

esset in hoc argumento elaborare. Verum oportet te quoq; consyderare hæc argumenta, & expendere ea quæ ad præsens institutum faciunt, teq; ad bellum hortant. Nec ignoro quod pleriq; Græcorum, Persicum exercitum inuictum esse arbitrantur, quorum opinionem miror, quod copias ex seruis ab homine Barbaro ac male instituto collectas, ab homine Græco & rei militaris perito, non posse dissipari ab his qui libertatis retinendæ causa periculũ suscipiũt, existimãt, cũ sciant, facilius esse delere magnos exercitus, q̃ comparare. Cogita autem, quod hos præcipuo honore omnes afficiant, qui utrũq; & domi gubernare Respub. & foris bella gerere norunt. Cum igitur illos tantopere prædicari uideas, quorum eiusmodi aliquod erga unam ciuitatem beneficium extat, quantas laudes te consequuturum putas, ubi totam Græciam beneficio tuo administrari, tuisq; auspiciis Barbaros funditus deletos esse, compertum erit? Ego quidẽ perfici rem posse statuo, cum nemo sit qui unquàm maiores res gesserit, Nec maius

A possibili

Ab honesto.

A persona Philippi regis, ꝙ nemo res maiores antea gesserit,

abs

abs te fieri quicquàm potuit, q̃ quod inter Græcos restincto bello publicam pacem & concordiam constituisti. Neq; possibi-le erit Barbaris semel amisso exercitu cō-parare nouum, & bellum instaurare. Itaq; nemo alius hoc tēpore existit, etiamsi in-genio excellat, qui hoc efficere queat. Et res tuæ præclare & ex utilitate publica ge-stæ, maiorum res gestas quantumuis lau datas, superant. Plura enim regna euerti-sti, quàm uel alii Græci urbes expugnaue runt. Idcirco si cuiquàm horum te confer re uelim, facile demōstrare queam, quod res longe maiores q̃ illi gesseris. Sed mi-hi duabus de causis abstinendum ab hac collatione duxi, tum propter eos qui non in loco uterentur, tum propter hos qui istos, quos semideos fuisse persuasi sunt, nolūt postponi præsentibus. Porro ut ue-terum quoq; mentionem aliquam facia-mus, animaduerte quod Tantali opes, & imperium Pelopis, & Euristhei potentiā, nulli neq; Oratores neq; Poëtæ laudaue-rint, sed quod non solum Herculem, qui longe excellit omnes, sed etiam Theseū, qui

Collatio meritorū & potētiæ ex qua rati ocinat̄ honestius esse beneface-re, q̃ magnam potētiam confe qui.

& hos qui Troiam ceperunt, ac qui unq; deniq; horum similes fuerunt, cuncti celebrauerint, quorum cum præstãtissimos & optimos quosq; in paruis oppidis & insulis regnasse compertum habeamus, diuinam tamen atq; ab omnibus prædicatam nominis sui famam reliquerũt. Omnes enim amant eos, non qui magnum sibi ipsis regnum cõpararunt, sed qui authores plurimorum bonorum Græcis extiterunt. Nec de regibus tantũ, sed de omnibus hanc opinionem habuerunt. Quoniam nec urbẽ nostrã ideo quisquàm laudauit, quod imperiũ maris habuit, quod magna exacta pecunia, socios in arcẽ perduxit, nec quod multis deniq; ciuitatib9 imperauit, quas partim euertit funditus, partim auxit, nõnullas etiã pro arbitrio suo gubernauit, nã quidlibet horum faciẽdi potestatẽ habebat, sed hæ res odia pepererunt ei acerbissima. Propter pugnam autẽ in Marathone, & propter nauale prælium ad Salamina commissum, quod cõmunem isthic Græcorũ salutem suæ antepostuit, ab omnibus amplissimis laudibus ue-

bus uehũt. Idẽ & de Lacedæmoniis sentiũt, quorum in Thermopylis stragem pluris quàm alias uictorias faciũt. Ac Trophæũ quod à Barbaris aduersus eos erectũ est, laudant & spectant. Quæ autem à Lacedæmoniis cõtra alios erecta sunt, iniquo animo uident. Illud enim uirtutis argumentum esse, hæc uero cupiditatis arbitrantũ. Quæ cum omnia perpenderis, atq; apud te reputaueris, si quid frigidius dictũ erit, rationem te ætatis meæ habere decet, cui omnes merito ignoscere debent. Sin aũt horũ quæ prius exposui, non dissimilia fuerint, ea non meam senectutẽ inuenisse, sed mihi diuinitus esse suppeditata credẽdum erit, nõ propter me, sed propter Græciam, quod eam dii à præsentibus malis liberare, & te maiore gloria cumulare uolunt quàm hactenus cõtigit. Nec te ignorare opinor, quomodo res humanas dii gubernẽt. Non illi obiiciũt bona ociosis, sed mentem incitant ad bona uirtute paranda. Sicut fortassis & nunc me ad dandum consiliũ impulerunt, te uero ad suscipiendum bellum destinauerunt, quod id

Amplificat authoritatem orationis per trãslationẽ ad authorem Deum, & se extenuat

gubernare te posse, meam autem oratio-
nem nulli molestam esse iudicent. Neq;
enim existimo te, res maximas quas hacte
nus gessisti, sine ope diuina efficere potuis
A signo. se. Atq; affuit Deus, non ut cum Barbaris
qui in Europa habitant perpetuo bellum
gereres, sed ut in his exercitatus, uires tuas
experireris, & postea his animum adiiciẽ
dum esse intelligeres, de quibus tibi consu
lui. Turpe igitur est, fortunam ad optima
ducentem nolle sequi, neq; his se accom-
modare, ad quæ perducere te conatur. Cũ
autem omnes honore afficere debes, qui
res tuas prædicant, tum illos maxime dig
nos honore existimes, qui ingenium tuũ
maioribus rebus gerendis dignum putãt.
Nec hos solum, qui in præsentia uirtutes
tuas laudibus uehunt, sed illos etiam qui
hoc agũt, ut uniuersa posteritas te magis
quàm omnes omnium temporum reges,
admiretur. Plura disputare in hanc sentẽ
tiam cum uelim, nõ possum, propter eam
causam, cuius mentionẽ feci sepius quàm
opus erat. Reliquum igitur est, ut ea quæ
dicta sunt, colligam, quibus in pauca col-
latis

latis summã totius cõsilii mei perspicias; Sentio em̃ te benemereri de Græcis debere, ac regnũ Macedonum ita cõstituere, ut Barbaris quãplurimis imperes. Quod si hæc feceris, omnes tibi gratiam habebunt. Græci quidem, quod maximis à te beneficiis affecti sint. Macedones quod regio nõ Tyrannico more regnaueris. Aliæ uero gẽtes quod tuo beneficio à Barbarica seruitute liberatæ, Græco more gubernentur. Hæc utrum sint apte & satis accurate à me scripta, uestrum iudicium erit. Hoc affirmare possum, nullum tibi consilium melius aut cõuenientius huic tuæ potentiæ atq; fœlicitati, quàm hoc meum est, dari posse.

FINIS.

EPISTOLA NVNCVPATORIA.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMIno, D. Friderico, Sacri Romani Imperij Hyperipparcho, Principi Electori, Saxoniae Duci, Marchionique Myssiae, ac Praesidi prouinciae Tyringiae, Heroi mansuetissimo, & studiorum Mecoenati liberalissimo, Petrus Mosellanus S. D.



OGITANTI mihi Friderice Princeps inclyte, uaria mortalium studia, quibus hinc atque hinc peccatur, nulli mihi a suę naturae dignitate longius recedere uidentur, quam qui litibus, rixis, bellis, uelut rebus bonis gaudent, & in eiusmodi rerum necessitatem quantumuis leui occasione arrepta, se ipsi intrudunt. Etenim cum iuxta Platonem homo sit animal natura πολιτικὸν, amicitiam ipso uocabulo prae se ferens, & qui ad diuinę concor

concordiæ imaginē componatur, quid posset esse monstrosius, quam hunc solum sic litigare, sic rixari, sic bellis sursum ac deorsum miscere omnia, præsertim quum id sine ullo aliarum creaturarum, quātumuis ferarum exemplo committat? Nanq; cœlestes globi concordi progressu ac regressu suos motus conficiunt. Nec quicq̄ supremi orbis celerrimæ uertigini tardus inferiorum detrahit renisus, quo minus suauissimus ille cœlorum concentus, surdis ad hæc hominum auribus, mirabili ratione conficiatur. Stella cum stella nō pugnat, imo altera lucis suæ beneficium alteri lubens impertit. Elementa, ut quodq; pro suo ingenio a naturæ principe Deo locum sortitur, in sede sua permanent, nec proximo negotium facessunt. Quin diuersissima cum sint, tamen ad rerum naturalium compagem inter sese certis legibus coeunt ac conspirant. Et si quādo inter sic coniuncta oriat̄ seditio, dubio procul impendet totius structuræ ruina. Vt huc etiā respexisse uideatur Heraclitus ille tenebricosus, quū litem & amicitiam rerum omnium parentes uere quidem, sed parum aperte iactaret. Iam ex animantibus mutis, nulli seuitia inest tanta, ut cum hominis ferocia componi possit. Gregatim uolant aues, & si q̄ sunt μονάδικαι suis regionibus contentæ, in alias sui generis non inuolant, Simul pascuntur armēta, Gre

Omnes creaturæ mansuetiores sūt hominib.

ges in eodem stabulant loco. Taurorum furor rarissime cõcurrit. Leonum feritas inter se non dimicat. Lupi etiam ferarum efferatissimæ in prædam conspirant. Et, quod magis mireris, rebus surdis, sensuq; carentibus inest amiciciæ ac pacis uestigium. Conuenit Magneti cũ ferro. Pyritæ cũ igne. Et ne plura recensens ingerã fastidiũ, totus rerũ ordo συμπαθείᾳ constat. Solus homo ruptis, discissis, disiectis tot naturæ fœderibus in suum genus armatur. An nõ est stupendum, Dux illustrissime, animal hoc paci natum, quippe nullis armis a natura munitum, oculis amoris ducibus illustratum, sermonis mutui capax, ferro ab ipsis inferis in hominum perniciem eruto, in fratrem necandum irruere? Cur enim non fratres simus omnes, quum communem omnium habeamus parentẽ, corporum quidem Adam, animorum autẽ Deum? Miranda sunt hæc, cũ in omnibus, qui hominis appellationem sibi sumunt, tũ uero maxime in nobis Christianis, quos, ut de prioribus taceas, & insuper nihil aliud addas, ab hac truculentia deterrere potuisset professionis nostræ author CHRISTVS IESVS, qui ut absolutissimũ mansuetudinis suę exemplum nobis relinqueret, agni patientissimi nomine uoluit appellari. Nec hoc contentus toties inculcat illud, Pax uobis. Pax uobis. Pacem meam do uobis, pacẽ meam

Propria Christianorũ pax esse debet

In Euangelio Ioannis.

meam relinquo uobis. Postremo in unam ueluti summã colligens omnia, inquit. Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut ego dilexi uos. Imo ut arctioribus uinculis nos inuicẽ astringeret, suos unius corporis mẽbra esse uoluit, cuius ipse sit caput. Vnius uitis palmites, quam uitem representet ipse. Et nec tot præceptis, tot symbolis commendatam pacem amplectimur? Non est prodigiosum membrum cum membro in eodem corpore, & sub eodẽ capite, eoq; Christo, bellum gerere? Palmitem cum palmite in eadem uite luctari? Iam uero, ut leuia sint argumẽta naturæ, & Christiana professio, cui tamẽ in baptismi lauacro iurati sumus oẽs, parũ nos moueat, tot cõmoda, quę secum adfert mutua cõcordia, tot incommoda, in quæ nos semel conijcit discordia, ab insanis illis bellorũ tumultibus retrahere nos deberẽt. Pacis tempore omnia uelut nouo uere florent. Expletur principis ærarium, simulq; ciuium opes succrescunt, & cum his in principẽ pacis studiosum, incredibilis subditorum nascitur amor. Procedunt hominum cõmertia. Exornantur ædificijs tum publicis tum priuatis ciuitates. Super omnia uero bonæ illæ ac liberali ingenio dignæ artes, & mores probati nõ nisi pacis sunt alumni. E diuerso intromitte bellum, omnia hæc pessum ibũt. Aerarium, quod multis annis

Imago pacatæ regionis.

Imago belli.

congeſtum eſt, pauculis menſibus exhaurietur. Ciues exactionibus ad uiuum uſq; radētur, & in Tyrannum ſubmurmurabunt. Tum quod ipſi miſeri geniū fraudando ſuū uix comparſerūt, hoc omne explendæ Barbarorum militum uoragini dabitur. Mercatoribus tuto commeare non licebit. Ciuitates ob habitatorum infrequentiam fient ruinoſæ. Literæ in contemptum abibunt & extinguentur. Morum integritas ſenſim degenerabit in militarem peccādi licentiam. Breuiter non perinde erumpentes uitium gemmas uernum adurit gelu, ut belli imminentis aura quicquid eſt bonarum rerū corrumpit, & uiciſſim omnem malorum ſegetem ſecum adducit. Vt non iniuria apud Homerum illum ingeniorum fontem Phœbus ſapientiæ antiſtes, inſanum Martem (ſic enim eum uocat ſubinde diuinus uates) hoc modo inſignibus epithetis obiurget.

Homericæ fabulæ allegoria.

Ἄρες Ἄρες βροτολοιγὲ μιαιφόνε τειχεσιπλῆτα

Nec id iniuria, quando ſtupidiſſimi huius numinis culpa, cœleſtis illius Veneris manus, hoc eſt, ſanctiſſimæ amicitiæ iura hominum animis inſculpta uulnerantur. Quem deū Poeticū idē Homerus alibi πολύδακρυν hoc eſt, multarum lachrymarum authorem nuncupat. Nam cui non lachrymas belli peſtis excuteret? Statim ubi tuba terribili ſonitu taratantara dixit, plorant matres orbari ſe

filiis

filijs, auelli a complexu maritos. Pueri, puellæq; parentes ac fratres in aciem proficiscentes fletu prosequuntur. In bellum profecti suorum desyderio grauiter ingemiscunt. In summa, luctu, gemitu, complorationeq; perstrepūt omnia, & apparet tristis rerū imago. Iam quod imperium tam fuit florēs, ex quo non decerpserit aliquid bellorum nimbus? Quod tam firmum, quod discordia non labefecerit? An non laudatissimas illas bonarū artium inuentrices Athenas immodicū belli studium euertit, & in nihilum pene redegit? Non & Roma urbs orbis regina, intestinis & ciuilibus armis concidit? Et o nostrum stuporem, tam multa naturalis concordiæ documenta, tam dulcia amicitię commoda, tot ac tanta bellorū incommoda, exitusq; infœlices, pacem nobis persuadere non sufficiūt? Pugnatum quidē est plus satis iam aliquot sæculis, Regnum cum regno conseruit manus, Princeps cum Principe, Episcopus cū Episcopo, Sacerdos cum Sacerdote, Monachus cum Monacho, ciuitas cum ciuitate, castellum cum castello, uicus cum uico, ciuis cum ciue, uicinus cum uicino. Quid multa, paucis exceptis locum habuit aliquandiu istud paululum detortum.

Nulla potentia tanta, quā discordia nō euertat.

Ruptis inter se legibus omnes
Arma ferunt, sæuit toto Mars impius orbe.

Sed, quod fœlix, faustumq; sit, nobis illu

xit seculum longe omnium fœlicissimũ, quo Christiani Principes, haud dubie Christi spiritu agitati, in pacem firmandam, pacifico illo Leone decimo Pont. Max. authore, cõspirant. Iam omnia concordiæ impedimenta e medio tollunt. Pacis artes passim reflorescũt quæ multis iam seculis Marte furente, aut in totum exularũt, aut frigide admodum & cõtemptim sunt habitæ. Videre mihi uideor, id quod gaudio gestiens scribo, seculũ illud Augusti exoriri, quo pene solo, ut Solinus ait, cessarunt arma, et ingenia floruerũt. Nec hoc mirum uideri debet, quãdo eo tempore sese in terrã ex ipso usq; cœlo dimisit unicus pacis Princeps IESVS. Quod si tuam prudentiam, Princeps Opt. Max. Christiani reges, quisq; pro se in ditione sua, fuissent imitati, neq; superiorum temporum querelis esset locus, neq; literarum ac pietatis iacturam, quã bellis undiq; strepẽtibus fecimus, tanto negotio restituere necesse haberemus. Tum nec in eam necessitatem uentũ esset, ut cõmunibus armis capiti nostro imminentẽ hostẽ Turcam propellere cogeremur. Hos animos, hos spiritus, hanc fiduciam, sæuissimæ beluæ Christiani orbis discordia fecit. Videt afflictas mutuis armis Christianorũ uires. Nostra memoria uix semel a bellis quieuit Italia. Galli in perpetuis fuere armis. Nec otium egerunt Hispaniæ. Campania illa ter-

Seculũ Augusti fœlix Christi beneficio.

rarum

rarum omniũ fertilissima tot modis dilania-
ta est. Multę Germaniarũ regiones Bombar
darum tonitrua exaudiuerũt. Tibi laus, tibi
gloria debet HEROS mansuetiss. qui ditio
nẽ tuã, in medio armorũ strepitu, tot annis
nullis bellorũ motibus concussam, sic ædifi-
ciis magnificis instruis, sic nobiliũ artiũ ope
ribus illustras, sic honestiss. literarũ studijs ex
colis, sic religionis cultu adornas, ꝑuehisq́;,
ut q̃d olim in laudatiss. illa Massiliẽsiũ Rep.
tot prudentissimi præstiterũt Senatores, idẽ
tu intra tuæ ditionis pomeria, uel solus præ
stare uidearis. Quorsum aũt attinet hoc loco
recẽsere quot oppida, quot castella, quot ar-
ces, quot delubra, structuræ magnificentia
splendidiora reddideris? Quot uiros artifi-
cijs egregijs nobiles ad tua expoliẽda undiq;
cõtraxeris? Vnicũ est celsitudinis tuę factũ ue
re regiũ, et te tãto principe dignũ, quod quũ
pro dignitate celebrare mea infantia nõ pos
sit, tacere tñ nõ possum. Quid hoc inquies?
VVitteberga tua, quę quũ ante a ueteri Ger
manorũ rusticitate parũ differret, nũc tuo be
neficio, sic religionis cultu mãsuescit, sic om
nigenarũ disciplinarũ gloria floret, ut aliæ ci
uitates etiã publicorũ studiorũ rationẽ hinc
petere queant. Habes hic præter laudatissi-
mũ sacerdotũ collegiũ tuis sumptib. a primis
fundamẽtis extructũ, & reditibus abũde lo
cupletatũ, Theologos sanctiss. Iurecõsultos

Laus Fri-
derici Prin
cipis.

prudentissimos, Philosophos naturæ interpretes perspicacissimos. Et quia partim ex pōtificū ueterū & Theologorū sanctiōe didicisti, partim ipse, quæ tua est prudētia, animaduertisti, in publicis scholis Christianorū studia citra externarū linguarū opē nō fœliciter procedere, Græcæ & Hebraicæ linguarū professores, aliunde magnificis propositis præmijs humanissime accersis. Hæ tuę uirtutes uere principales, pariter & tuum in me homuncionē nihil egregie de tua Cels. promeritū, singulare studiū, Princeps sapiētiss. me cōmouit, ut grauissimi ISOCRATIS Oratoris ac Philosophi prudētissimā orationē, de bello fugiēdo, & pace seruāda, nuper a me Latinitate donatā, tuæ Cels. nominatim dedicare uoluerim. In ea, Cels. tua leget qua uia amplissimæ duæ Græcorū Respub. Atheniēsiū uidelicet ac Lacedæmoniorū pacis artibus ex minimis initijs in tantā amplitudinē accreuerint. Quaq; ratiōe uicissim immodicis bellorū studijs funditus interierint. Hos labores, si fronte Principe digna, a nobis susceperis, animum facies, ut & id genus alia Latinis auribus hactenus inaudita, posthac e Græcorū penu, in Latinorū usum depromere audeamus. Bene uale, Princeps illustriss. ac diutissime, fœlicissimeq; uiue. Lipsiæ Idib. August.

ISOCRA-

ISOCRATIS

ORATORIS AC PHILOSOphi Oratio grauißima ad populum Atheniensem de bello fugiendo, & pace seruanda, Petro Mosellano Protegense interprete.



MNES QVIDEM qui ad dicendũ in hunc cœtum prodeunt, cõsueuerũt dicere ea esse maxima, & in quæ totius ciuitatis studia potissimum debeãt incumbere, de quibus ipsi sentẽtiam sunt dicturi. Quod si in aliis causis in hunc modum præfari conuenit, haud quaquàm indecorum uideri poterit, & de his quæ in manibus sunt, eiusmodi facere exordiũ. Venimus enim concionem habituri de bello & pace, quæ res, cum in communi mortalium uita in utranq; partem plurimum possunt, tum sunt eiusmodi, ut qui de eis cum laude consilium ceperint, eos uitæ quoq; commoditate fœlicitateq; cæ

teros anteire sit necesse. Itaque de quibus cõsultaturi conuenimus, quanta sit magnitudo hinc liquet. Sed uideo uos, nescio quomodo, haud quaquam tanta attentione aureis dicentibus præbere, quanta illi cura uobis uerba faciunt. Quin aliis uel animum diligenter aduertitis, aliorũ rursum ne uocem quidem æquis auribus sustinetis. Neque uero hoc admodũ mirũ uideri debet, cum & aliâs exibilare, atque explodere soleatis omneis, si qui ueritati, & nõ potius uestris cupiditatibus oratione sua patrocinẽtur. Quis autem hoc ne iure optimo uitio dederit, quod, cum nõ ignoretis ab adulatoribus multas, magnasque domus subuersas, & quisque uestrum hanc pestem in priuatis rebus execretur, in Rei pub. tamen administratione non perinde affecti estis? Quin usu uenit, ut dũ maxime eos, qui adulatoribus patefaciunt aureis, damnatis, interim ipsi deprehendamini maiorem habere fidẽ eiusmodi hominibus, quã bonis & incorruptis ciuibus. Nam quod Oratores in hoc sunt toti, & ante omnia meditantur, non ut quæ sint

Mali principes & Magistratus corrupti, bonos auersant, adulatoribus autem gaudent.

ciuitati

ciuitati profutura, sed uestris auribus grata dicant, eius uos ipsi fuistis authores, & culpa in uos transferéda: atq; adeo & núc Rhetorum uulgus ad hoc studiú confluit. Neq; id immerito, quando ex ipsis nulli non est manifestum, qui bellum suscipiédum suadent, eos esse uobis longe gratiores, quàm qui de pace consulunt. Illi enim spem faciunt, quod per uictoriam nõ fortunas tantú, quæ in hostiú urbibus sunt, nobis sumus acquisituri, sed & potentiam pristinam recepturi. Hi uero eiusmodi nihil portendunt, imo consulunt ocio studédum: & cupiditates, quæ ut pluriimú æquitatis metam transiliunt, ab insolentis fortunæ strepitu arcédas: ac quod bonæ mortalium parti omniú est difficilimú, præsentem fortunam boni consulendam. Sic enim à spe pendemus, & quæ uidentur lucra insatiabiliter affectamus, ut ne hi quidem, qui maximas possident opes, in eis manere uelint, sed præ maiorum cupiditate uel iá parta, & in tuto collocata denuo periculo exponant, quod crimen omniú maxime nobis fuerat declinandum. At

Suasores belli, quare haud grauatim audiantur.

Cupiditas, quantũ ua leat.

nunc uidere uideor quosdam ad bellum magna festinatione non aliter prosilire, quàm si huc non homunculorũ consilia, sed deorum uoces uocarent, hinc certissime fore pollicentes, ut simul res nostras labefactatas restituamus, simul ab hostibus uictoriam uel citra negotium reportem9. Sed enim prudentium, & cordatorum uirorum est, non de his, quæ qualia sint cõperta habent, consilium capere, quando hoc fuerit superuacaneæ curiositatis, ueꝝ quæ iam decreuerint, ipso facto præstare, quæ porro in consilium ueniant, eorum quis tandem sit futurus exitus, haud quaq̃ pro certo statuere, sed magis qualibuscũq; coniecturis uerisimili rerum euentu collecto, sic demum sententiam ferre. Quorũ neutrum uos facitis, imo deliberatio hæc uos perturbatissimos ostendit. Etenim in hoc conuenistis, ut ex omnium sententiis inuicem pensitatis, quod optimum factu sit, eligatis: attamẽ perinde ac si hoc iam in aperto prostaret, quæ hic dicuntur, audire nõ uultis, nisi forte eos, quorum concio non tam rerum quærit ueritatem, q̃ audien-

Principis officium in æstimãdis consiliariorum suorũ sententijs.

audientium ſpectat uoluptaté. Atqui con uenirct uos, ſi modo quæ ciuitati profutu ra ſunt, quærere eſt cordi, iis magis animũ aduertere, qui ueſtris animi decretis aduerſa ſuadent, q̃ qui dicendo hoc unum agunt, ut gratiam ueſtram eblandiantur. Siquidé non neſcitis quod ex his, qui huc dicturi prodeũt, ſi qui ueſtris animis grata dicunt, ii facile decipere poſſunt. Nam quod ad gratiam dicitur, tenebras ſecum adfert, ut quod optimum eſt conſpici nequeat. Ab his autem, qui in conſulendo, nõ ad uoluptaté loquunt, nihil tale fuerit timendum. His enim, niſi quid utile ſit futurum oſté dét, nulla relinquitur uia, qua ſententiam ſuam perſuadere poſſint. Iam uero quid tandem ſupereſt, quo homines queãt aut de præteritis recte iudicare, aut de futuris fœliciter conſultare, ſi non ſententias in utranq; parté dictas inter ſeſe cõpoſitas, uelut ad libram examinét, ac ipſi ſe cõmuneis auditores utriuſq; partis conſiliis exhibeant? Quod ad me attinet, demiror profecto uel ſenes uos, ſi nõ adhuc in memoria habetis, uel iuuenes, ſi e nul-

Adulatores ad gratiã loquuntur,

lo audiuistis per eos quidé, qui paci studẽdum suadét, nihil unq̃ mali nobis accidisse. Atqui quantumuis leui de causa bellũ exuscitant, eos multarum magnarũq; calamitatum nobis authores extitisse, quarũ in præsentia nullam facimus mentioné, imo expediti, & tantum non ad bellum instructi astamus, nihil prius potiusue existimantes, q̃ ut delectu habito Triremes instruamus, pecunias exactione cõgeram9, & sine discrimine quibusuis mittam9 auxilia, uel inferamus bellũ. Perinde enim, ac si in aliena urbe de summa rerum periclitaremur, trepidamus. Horũ omnium hæc causa est, quod non deceat non minore sollicitudine Reipub. commodum, q̃ & priuatæ procurare, uos tamen in cõmunibus ciuium rebus non eundem animum præstatis. Sed si quãdo priuata negotia in deliberationem cadunt, qui melius q̃ uos ipsi sapiunt, eos in consilium adhibetis. Si uero frequẽte senatu Reipub. salus agatur, bonis eiusmodi fidem non habetis, & quod insolentius est, inuidetis. Porro malos, qui forte in contioné ascendunt, laudatis,

Qui bellũ suadẽt magnarũ calamitatũ semper sunt authores.

Omnis in Repub. mali causa, ꝙ Magistratus magis suum q̃ publicum cõmodũ quærunt.

datis, & ebrios magis esse populareis censetis quàm sobrios, amẽteis q̃ cordatos, ciuitatis bona dissipanteis, q̃ qui ne familiaribus quidem copiis parcũt, quo Reipub. cõmoda promoueant. Quamobrem mõstro simile uidetur, si quis ciuitatem hanc nostram tantisper, dum eiusmodi cõsiliariis utitur, crescere posse sperat. Ego profecto non ignoro q̃ sit lubricum, & periculo plenum uestris placitis dicendo reluctari & quod stante hac Reipub. forma, ut Magistratus non tam uirtute q̃ sorte committant, liberius loquendi facultas iacet, nullique datur copia aperte agendi, nisi qui sit, aut egregie stultus, aut uestri, hoc est, publici cõmodi nullam plane gerat curam. Sed interim admiror comœdiarum actoribus, quod est omnium absurdissimum, hanc licentiam in theatro impune esse. Et quæ nam hæc peruersitas, his qui singulorũ ciuium peccata per uniuersam spargunt Græciam, tantam habetis gratiam, quantam uix eis qui de Repub. bene meruerunt. At in illos, qui uos obiurgant & libere monent, non alios geritis animos,

Comœdiarum actores.

quàm si malo aliquo Rempub. læderêt. Hæc tametsi, ut dixi, se habent non tamê ab his, quæ in animo statui, deterritus desistam, quando huc prodii non ut uobis gratificarer, aut honoris acquirendi gratia suffragia uestra eblandirer, sed quæ ipse sentiam, dicerem: primum de quibus Magistratus retulerunt: deinde de aliis Reipub. negociis. Nisi enũ & de reliquis recte cõsilium inierimus, nihil plane profuerit ea, quæ ad pacem attinent, decernere. Itaq; consultissimum mihi uidetur, facere pacem, non solum cum Chiis, Rhodiis & Bysantiis, sed omnibus omniũ gentium hominibus, & fœdus ipso usu firmare, non quod nuper quidam seorsim percusserunt, sed quod cum rege & Lacedæmoniis ictum est, quo Græcis libertas decernit̃, præsidia ex alienis urbibus educi iubentur: atq; hac ratione quiq; suam ipsorum teneant ciuitatem. Nam his pactis, neq; æquiora, neq; ciuitati magis profutura inuenire poterim⁹. Iam si hoc loco orationem sistam, uidebor, sat scio, ipsius ciuitatis commodis detrahere. Siquidem ita fiet, ut Thebani Thespias, Platæas, ac reli-

Cum omnibus, si licet, seruanda pax.

quas ciuitates, quas præter iurisiurandi sacramenta occuparunt, retineant. Nos autẽ, etiamsi nulla necessitas urget, iam partis cedemus. Cæterum si intentis animis ad finem usq; nos audiueritis, opinor fore, ut eorum magnam stultitiam, imo insaniam omnes uno ore damnetis, qui iniusticiam lucrum putant, quiq; alienas urbes per uim detinent, parumq; reputãt, quot calamitates ex huius iniquitatis fonte iam sint ante sæpe in Rempub. deriuatæ. In hoc ergo tota uersabif oratio, hocq; uobis omnibus sic habere conabor ostendere. Ac primum quidem de pace disseremus, & quid tandem sit illud cuius gratia conuenimus quodq; nobis contingere uelimus. Hoc si recte & animo præsente statuerimus, huc uelut ad scopum respiciendo, fœlicius & de cæteris consilium quærere poterimus. Itaq; an non abunde nobis foret satis, si & ciuitatem hanc nostrã tuto habitaremus, & illis quæ ad uitæ usum requiruntur, abundaremus? Tum autem in nostris ipsorum rebus essemus concordes, ac deniq; apud reliquos Græcos om-

Quæ ciuitas, quæ uenditio fœlix

Belli præmium.

neis nominis nostri gloria celebraretur. Equidem existimo, si hæc nobis suppeterẽt, nihil plane deesse quomin⁹ Respub. nostra in fœlicem suum statum rediret. Nunc autem bellum in his bonis nos spoliauit omnibus. Etenim non solum pauperiores nos reddidit, & plurima pericula sufferre coëgit, sed & Græcis omnibus odiosos præstitit: breuiter modis omnibus rem nostram afflixit. Quod si pacem fecerimus, & quales communia fœdera iubent, tales nosiipsi exhibuerimus, futurum, ut bellis, periculis, deniq; turbulentissimis turbis, in quas ipsi nos mutuo cõiecimus, remotis omnibus, cum magna tranquillitate ciuitatem teneamus, & in dies magis ac magis fortunæ nostræ crescant. Nam præterquàm quod ab exactionibus, & naualis expeditiõis muneribus, quas τριηραρχίας Græci uocant, aliisque belli oneribus requiescere licebit, agros colendo, mare nauigando, aliisq; operib⁹ belli iniuria iamdiu intermissis instando consequemur: ut si ad hoc tempus respiciatur, ciuitatis reditus plane duplicent̃, usq; adeo

usq; adeo ut mercatoribus, peregrinis, inquilinis, a quibus ob bellorum tumultus est deserta, remigrãtibus, ciuitas maxima sit futura: sed &, quod mihi omniũ summum uidetur, habituri simus socios homines uniuersos, & eos quidem non coactos, sed uoluntarios: non qui potentiam nostram reueriti in tranquillo rerum statu nos suspiciant, uerum periculis imminentibus deserant, sed qui hoc sint erga nos animo, quo decet uere socios, & amicos. Præterea quæ nunc nullis uel bellis, uel sumptibus quantumuis magnis recipere possumus, ea pace facta per legationes facile recuperabimus. Neq; enim existimandum uel Cersobleptẽ pro Chersoneso, uel Philippum pro Amphipoli nobiscũ dimicaturos, ubi uiderint nos præ modestia nihil alienũ cõcupiscere. Nunc autẽ quia semper nostri nosmet pœnitet, uidentq; nos nunq̃ non plura affectare, ne imperium hoc in suarum ditionum confinio nimiũ crescat, non immerito uerentur. At si mores commutauerimus, & opinionem saniorem induerimus, non mo-

do à nostra ditione manus abstinebunt, sed & suæ partem nobis ultro cedét. Hinc enim hoc lucrifacere uidebuntur, ut dum nostræ ciuitatis potentiæ inseruiunt, hoc prætextu in regnis suis ab hostium incursu tuti⁹ sedeant. Sed & à Thracii regni corpore tantam regionem detrahere poterimus, ut non solũ nobis sit satis, sed & Græcis egentibus, ac ob inopiam incertis sedibus errantibus, uiuendi commoditatem præstare queat. Nam si Athenodorus, si Callistratus, ille quidem priuatus, hic uero exul, ciuitates condere suffecerunt, cur non & nos, modo uelimus, sedes eiusmodi multas obtinere poterimus? Qui porro inter Græcos primas tenere gestiunt, eos in eiusmodi rebus curandis magis oportet duces esse, q̃ belli, & exercitus peregrini, quorum tamẽ nos in præsentia mirum q̃ sumus cupidi. Proinde de his, quæ legati huc annunciarunt, hæc dixisse nobis sit satis: quanq̃ alius quispiam plura forsan adiecisset. Post hæc autem sic sentio concionem non ante dimittendam, q̃ nõ solum suffragiis pacem decreuerim⁹, sed &

ſed & conſilium, quo retineri queat, inuenerimus: ne quod ante ſæpe, & nunc uſu ueniat, nimirum ut ubi pauliſper quieuerimus, denuo in eaſdẽ turbas recidamus. Nec tam præſentia mala effugiam⁹, q̃ ad tempus ſuſpẽdamus. Atqui horum nihil fieri poterit fœliciter, prius q̃ uobis perſuaſeritis, ocium agere, rem eſſe utiliorem, inq; maius cedere lucrum, q̃ alienarũ rerũ curis tumultuari. Tum iuſticiam ſectari potius q̃ iniuſticiam, noſtrorũ curam gerere ſatius q̃ aliena concupiſcere. De quib⁹ tametſi nullus unq̃ Oratorũ uobis uerba facere eſt auſus, ipſe tñ de iiſdẽ plurimas apud uos oratiões ſum habiturus: neq; id præter rationẽ, quãdo in his rebus Reip. fœlicitatem, non autem eis, quæ nunc agimus uideo conſiſtere. Sed enim, qui publica & omnium uſu trita dicẽdi uia poſthabita, noua aliqua ſuadendi ratione populum in ſententiã diuerſam traducere ſtudet, ei neceſſe eſt, non tantum in dicendo plura attingere, & per hoc orationem prolixiorem afferre: ſed pro iudiciorum uarietate, alia quidẽ uelut in memoriam re-

Ocium negocio præferendum.

Pro uarietate audiẽtiũ dictio eſt temperanda.

uocare,alia rursum incusare, rursum alia laudare,de aliis uero consilium dare. Vix enim iis omnibus quis annisus, ad meliorem mentem uos reducere poterit. Et certe ita se res habet. Omnes quidẽ mihi uidentur, quæ commoda sunt cõcupiscere, & ut plus cæteris habeant, conari, sed uiã quæ eò perducat,ignorare. Quinetiã opinionibus inter se longe,lateq; dissidẽt. Nãq; alii quidẽ sunt cordati, & quod potissimũ ad rem pertineat,coniecturis assequi possunt. Rursus alii ab eo quod conferre poterat q̃ longissime aberrant. Id quod & ciuitati huic nostræ accidit. Persuasum enim habemus, si multis Triremibus mare nauigauerimus, si ciuitates alienas tributũ dare, & subinde legatos huc missitare cõpulerimus, nos quiddam magnopere profuturum confecisse: cum interim à ueritate procul absumus. Nam præterq̃ quod ex illis,quæ sperabamus nihil plane procedit,insuper inimicitias,bella, & sumptꝰ nobis lucri fecimus:idq; nõ iniuria,quandoquidem ut ante ex eiusmodi curarũ tumultu in extrema pericula deuenimus, ita per

Verissima sententia.

ita per hoc quod partim iniuria depressos subleuabamus, & ciuitatem omnibus exhibebam9 æquam, partim aliena nõ affectabamus, à Græcis ultro offerẽtibus principatum nacti sumus. Quas arteis multo iam tempore certe parum prudẽter, ne dicam stulte, contemnimus. Etenim eo dementiæ prolapsi sunt quidam, ut iniusticiam sui cultoribus probrosam quidem, sed tamen quæstuosam & in quotidianæ uitæ usum accõmodam arbitrentur. At iusticiam honestam quidem censeant, uerum parum utilem, ut quæ nõ tam sui cultores, q̃ alios promouere queat. Quib9 falsa plane est opinio, quippe siue opes, siue honestæ uitæ officia, in summa, fœlicitatem acquirere studeas, nihil tantum præsentis momẽti attulerit, quantum uirtus, quæq; ei subiacent partes. Nam per ea bona, quæ in animo possidemus & alias cõmoditates, si quibus egemus, parare licet. Quapropter qui mentis suæ bona negligunt, interim & occasiões, per quas aliis & recti9 sapere, & fœlicius uiuere possent, sese negligere non aduertunt. Demiror

Nulla facultas præstantior uirtute.

auté si quis opinetur fore, ut qui pietaté & iusticiam colant, inque his perseuerare, permaneretque uelint, ii peius quàm mali, sint habituri: præsertim cum illud constet, bonos eiusmodi & apud Deos & apud homines plura q̃ reliquos consequi. Ipse certe in hac sum opinione, ut ea, quibus in uitæ usum est opus, bonis uel solis suppetere putem: uerum malos eius generis rebus affluere, quibus carere non paulo sit satius. Etenim illis, qui iniquitatem in precio habent, & aliena rapere, summũ putant bonum, simile quiddam accidere uideo, quod & animalib9, quæ sese inescare sinunt. Nam tametsi principio quidẽ eis, quæ forte corripuerint, fruũtur, tamẽ haud ita multo post in maxima mala deuenire solent. At qui cum pietate & iusticia uiuũt, tempora omnia in tuto transigunt, & in omnem usq; ætaté fœlicis conscientiæ dulceis spes sentiunt. Et si forte hæc in singulis non ita usu ueniant, tamẽ ut plurimum sic cadere uidemus. Iam uero quia quod in posterum est profuturũ, non ita promptum semper est expedire,

Soli boni satis habẽt.

cordato-

cordatorum hominum fuerit, quæ sæpe penumero conferunt, præ aliis eligere. Porro omnium absurdissima cõmittunt, qui quanq̃ iusticiæ studium cum præclarius, tum Deo gratius existimant, eos tamen, qui iusticiam ipsa uita exprimunt, miserius, q̃ qui maliciam colũt, uiuere putant. Atq; utinam quàm est ad manum cuiq; uirtutem laudibus uehere, tam esset quoq; facile, auditoribus, ut ipsis moribus eam referre studerent, persuadere. Nunc autẽ plane uereor, ne omnia hæc frustra dicã. Corrupti enim sumus ab iis, qui nil nisi fraudes struere possunt: quibus plebs adeo est cõtemptui, ut si quando bellum aliquibus inferre destinẽt, ipsi plebe adeo inconsulta pecunias exigant, interim asserentes operæprecium maiores hoc pacto imitari. Tum asserunt non committendum, ut cum per ignauiam aliis risui simus, & illi etiamsi imperata tributa non pendant, nihilominus tamen mare nauigent. Hos ego lubens equidem interrogarem, quos tandem maiores ad imitandũ nobis proponant? eos ne, qui bello Per-

Nihil stultius q̃ a stultis maiorũ factis nolle reredere.

ſico in Repub. floruerunt: an qui paulo ante bellum Peloponeſiacum ciuitaté moderabant? Quos ſi deſignent, aliud profecto cõſulunt nihil, quàm ut libertatem noſtram in ſeruitutis caſum demus. Sin eos, qui apud Marathonem cum uictoria pugnarunt, aut iis etiam priores putant, quid reliquum eſt, quin omnium ſint impudentiſſimi, ut qui, cum eos, qui tum Reipub. præfuerunt, laudent, nobis tamé uiam longe ab illorum exemplo diuerſam ingredi ſuadeant: maxime cum hic non ſine periculo graui peccetur. Qua in re quid equidem faciam, incertum eſt. an quemadmodum in aliis conſueui, ita & hic, quod uerum eſt dicam? An ne quẽ ex uobis offendam ueritus, conticeſcam? Vtcunq; cadat, commodiſſimum mihi uidetur de huiuſmodi rebus diſſerere. Veruntamen uideo uos minus propicios iis, qui uos obiurgant, quàm qui malorũ omnium fuerunt authores. Quod ad me attinet, pudendũ foret, ſi cui meæ ipſius gloriæ maiorem, quàm publicæ ſalutis rationem habere uiderer. Quamobré ut meæ

partes

partes erunt ex eo orationis genere, quod ciuilibus rebus procurandis adhibetur, non quæ gratiſſima ſunt, ſed ciuibus utiliſſima ſequi: ſic ueſtri habebitur officii, primum omnium expendere, quod morbis quidem, quibus corpuſculum hoc noſtrum impetitur, abigendis curationes, & omnis generis medicinæ ab eius artis ſtudioſis ſunt inuentæ: ſed animo ægrotanti, & prauis cupiditatibus laboranti præter orationem, quæ peccantem obiurgare libere audeat, nullū ſuppetit remediū: deinde conſyderare, q̃ ſit ridiculū, quo pluribus doloribus ſemel defungamur, uſturas quidem & medicorum ſectiones fortiter perferre, orationem autem prius auerſari quàm plane comperias eiuſmodi ne ſit, quæ audienti queat prodeſſe. Atq; hæc eo ſum præfatus, quod deinceps animus eſt citra metum, imo modis omnibus libere apud uos uerba facere. Quis enim aliunde huc profectus, ſi nondum noſtro contagio ſit corruptus, ſed ex improuiſo his noſtris cœptis interueniat, non arbitref deſipere nos & inſanire: qui cū egre

giis maiorum noſtrorum factis nos uenditemus, & eorum exemplis ciuitatem celebrare ſatagamus, ipſi tamen nihil, quod cum illorum factis conueniat, imo nihil non aduerſum facimus? Nam illi quidé pro Græcis contra Barbaros cötinua bella geſſerüt. Nos eos, qui domi e ſuis facultatibus uix uictum ſibi quæritare poterant, e Barbaris euocatos in Græcos, hoc é, noſ ipſos immittimus. Illi, quo Græcorum ciuitates in libertatem aſſererent & eiſdem laborantibus ſuccurrerent, imperio ſunt dignati. Nos qui omnia ſub ſeruitùtis iugum redigimus, & illis contraria facim9 adhuc ſtomachamur, non alio nomine, q̃ quod non æquus nobis cum illis antiquis habeatur honor: cum interim, ſiue rerũ geſtarum gloria, ſiue conſiliorum opportunitate tãto ſimus ueteribus illis inferiores, quanto illi quidé pro communi Græcorum ſalute, patriæ relictæ deſyderium perferre; & cum hoſte, nunc terra, nunc mari ſunt auſi decernere. Nos autem ab ea laude tam procul abſumus, ut ne pro re quidem noſtra familiari amplificãda periculum

riculum facere sustineamus. Certe omnibus imperitare uolumus, at militiæ labores perferre nolumus. Et bellum quidem in omnes, pene dixerim, homines mouemus, uerum, ut cœptum quoq; fœliciter geramus, militari disciplina non ipsi nos exercem9: quin homines alienos partim incertis sedibus uagabūdos, partim trāsfugas. partim aliis facinoribus coopertos undiq; huc confluentes cōducimus. Quibus si quis alius amplioris mercedis spem faciat, eius statim signa sequuntur. Attamen hæc hominū sentina adeo nobis placet, ut si quando, quod non raro contingit, in liberos nostros peccent, pœnam tamē eos, quam hoc facto commeruissent, subire nolimus. Sed & si cui res suas rapuerint, si cui uim attulerint. si impotenter quid fecerint, quorū crimina ad nos sint peruentura, nō solum non grauiter factū ferimus, sed interim dū eiusmodi eos perpetrasse accipimus ex animo gaudemus. Quin & eo stulticiæ progressi sumus, ut tāetsi illis, quæ ad uictum quotidianum pertinent, ipsi egemus, peregrinos tamē ex-

Vt graphice milites istos cōducticios depingit.

ercitus alere conemur. Tum quo communibus omnium hostibus mercedem pactã præstemus, sociorum opibus detrahim⁹, & tributis exigendis omnia compilamus. Porro maioribus, non iis solum, qui laudem, sed & qui culpam meruerunt, tanto nõ sumus inferiores, quanto illi, si quando communibus suffragiis bellum gerere decreuissent, etiamsi arx tum plena auro & argento erat, tamen suam ipsorum uitam pro communibus decretis exequẽdis in periculum dare duxerũt operæprecium. Nos autem cum in tantam pecuniarum egestatẽ sumus redacti, & tanta multitudine ciuitatem oneremus, non aliter tamen, ac magnus Persarum rex mercenariis exercitibus utimur. Olim quidem, si quando ad naualem expeditionem classes instruerentur, peregrinos certe, & seruos nauium dirigendarum labori præficiebant: ciueis uero cum armis emittebãt. Nunc autem peregrinis utimur armatis, ciues naues agere cogimus. Itaq; cum in ipsum hostium littus uentũ est, ciueis quidem nostri, qui imperium sibi in Græcos

asserunt,

afferunt, remulco ſaltem inſtructi e naue prodeunt. At conductitii illi dubia fide homines, quales eos ſupra paucis expreſſi, nō ſine graui periculo rem ferro gerunt. Iam ſi quis quæ ad ipſum ciuitatis ſtatum pertinent, recte adminiſtrari cerneret, forſan & de aliis non ita laboraret. Nunc autem cum res longe ſe aliter habeāt, quis non uel ob hæc iure optimo nobis indignetur? Nam cum indigenas nos, nec aliūde translatos ipſi iactemus, & urbem hāc noſtram primam omniū conditam gloriemur, uel hoc nomine nos aliis omnibus Reipub. optime adminiſtrandæ præbere exempla conueniebat. At nunc ipſi noſtram peius ſane gubernam9 & perturbatius, ꝙ qui ciuitateis ſuas nuper admodum condiderunt. Et cum nobis ipſi placeamus, ac quaſi ceteris generoſiores, ſuperbo ſpiritu turgeamus, nihilominus tamen nobilitatem hanc noſtram aliis, ſi qui uelint, minus grauate impertimus, ꝙ quenquam in ſuæ obſcuritatis conſortiū recipiant uel Triballi uel Leucani. Leges quidem rogauimus plurimas, ſed harum

tam paruam gerimus curam. Vno enim exemplo expresso, & de reliquis facile coniicere quisque sibi poterit, ut cũ capitis supplicium ei, qui uel suffragia, uel iudicia pecunia corrumpere deprehendatur, leges decernant, nos tamẽ tanto sceleri palàm obnoxios communibus suffragiis imperatores faciam9. Atque adeo, ut quisque ciueis quamplurimos muneribus corrumpere suffecerit, ita maximarum rerum gubernaculis admouetur. Quanquam autẽ de Reipublicæ statu nõ minus quàm de totius ciuitate salute satagamus, & populi imperium, popularemque ciuitatẽ, Græci δημοκρατίαν uocant, rebus tranquillis, & pacatis crescere, stabilirique: in bellis autẽ iam bis euersam, & deperditam sciamus, tamen qui pacem cupiunt, tanquàm imperium omnibus commune in paucorũ potentiam redigere studeãt, suspectos habemus. Qui porro bellum inducunt, eos ut popularis libertatis tutores suspicimus, & nobis bene uelle putamus. Et quamuis cum dicendi, tum agendi peritissimi uideri uelimus, tamen temere adeo, & incon

syde

ſyderate conſilia capimus, ut de eiſdem uno atq; eodem die, nõ eadem tamen ſtatuamus. Sed quos antequàm comitia ingredimur, incuſamus eoſdem, ubi in comitia uentum fuerit, ſuffragiis noſtris cõprobamus. Porro diſceſſione facta nõ ita magno tẽporis ſpatio interiecto, quos ante ſuffragio elegimus, denuo culpamus. Et cum Græcorum omnium ſapientiſſimi uideri uelimus, conſultoribus tamen utimur eiuſmodi, cuiuſmodi nemo non cõtemneret. Tum illos ipſos Reipub. ſummæ præfecimus, quibus nemo rem ſuam familiarem crederet. Quodq; omnium eſt indigniſſimum, quos uno ore omnes peſſimos civeis confitemur, eos fideliſſimos ciuitatis cuſtodes opinamur. Iam incolas tales cenſemus omnes, qualeis ſibi delegerint patronos, & non illis nos opinionibus ſenſim indui credimus, quibus Magiſtratus noſtros imbutos uidemus. Quid multis? A maiorum noſtrorũ laude tantum abſumus, quantum illi quidẽ eoſdem, & ciuitatis Magiſtratus, & belli duces fecerũt, uidelicet quod qui domi po

Hoc fere hodie in Magiſtratibus uſu uenit.

pulo concione optime consulere poterit, eundem hunc & militiæ apud sese rectissi ma quæque statuere putarint. Nos autem contra fecimus. Nam quibus consiliariis domi in maximarum rerum momentis utimur, eos quasi mentem non habeant, bellorum duces creare dedignamur. At cum quibus cõsilia neque de priuatis, neque communibus rebus communicarit quisque eos imperatores emittimus, perinde ac si foris prudẽtiores futuri de negociis cum Græci nominis uniuersi, tum præcipue nostræ Reipub. consilia sint inuenturi fa cilius, quam hic de eis, quæ à Magistratibus proponunt. Atque hæc dixerim nõ de omnibus, sed tantum huic culpæ obnoxiis. Hic si, quæ per eiusmodi errores in Rep. hactenus perturbate contigerunt, accura tius persequi coner, sat scio, reliqua diei pars me deficeret. Sed fortasse quispiam ex his, qui huic obiugationi palàm sunt obnoxii, commotus, sic interroget, quid ergo? si tam parum consilio ualemus, interim tamen res nostræ sint saluæ, & potẽtiam nulla alia ciuitate minorem obtinemus?

Hoc illud est quo sibi & hodie plerique & Magistratus & Principes placent.

mus? Huic ego ſane reſponderim, alie-na nos frui inſania, & hoſtes nobis eſſe ni hilo plus, q̃ ipſi ſimus, ſapiẽtiores. Nam ſi poſt eam pugnã, qua Lacedæmonios uicerũt Thebani, & Peloponeſo cæteriſq; Græcis libertatem, ac leges ſuas reſtitue-rant, quieuiſſent, noſq; non minus tum q̃ nunc perturbate Rempub, adminiſtraſſe mus, certe futurum erat, ut neq; obiectio-ni eſſet locus, & nobis re ipſa foret cõper-tum, quanto ſit ſatius contentum ſuis agere modeſte, quàm præ maiorum fame nihil non tentare. Nunc autem in eo cardine res uertitur, ut noſtrarum rerum ſalus à Thebanis, & uiciſſim Thebanæ rei ſumma à nobis pendeat. Siquidẽ, ſi quando res ſit in periculo, nos illorum, illi ui-ciſſim noſtro gaudent auxilio. Quare ſi cordati eſſemus, pecunias quoq; noſtras mutuo in ipſas populi contiones communes exhiberemus. Hac enim uia utri ſæ-pius collegerint, alterius populi rem pro mouerint. Sed qui minutula eiuſmodi ad calculum uocare norunt, eos quidem de-ceret non in hoſtium errore, ſed ſua ipſorum

uirtute & prudentia, salutis spem ponere. Nam quicquid id est commodi, quod ex illorum imperitia nobis accedit, hoc omne illis forte fortuna resipientibus decedere, & permutatione facta in diuersum abire poterit. Quod uero ex nostra nobis uirtute contigit stabilius fuerit, & diutius utiq; nobis permanserit. Itaq; iis, qui eiusmodi excusationū latebras sibi quærunt, respondere non admodum fuerit difficile. Sed si ex cordatioribus quispiam acrius instet, uera quidem me dicere, & quæ in Repub. parum recte fiant, iure optimo reprehendere. Verum nihilominus qui beneuole corripiant, eorum esse officium, non solum quæ perperam fiant, accusare, sed & emendandi uiam monstrare, uidelicet, quibus fugiendis, quibusq; amplectendis simul ad meliorem mentem queam⁹ redire, simul tot errorum turbis explicari. Hæc sane oratio me destituere posset facultate respondendi, nō quæ uera sunt & Reipub. utilia, sed uestris animis grata. Cæterū quando aperte uobiscum agere & statui & iam incepi, non cunctandum &

Grauis omnino admonitio.

Obiurgantis officiū.

hoc loco, quid ſentiam aperire. Itaq; quibus rebus eum, qui ſit futurus beatus, prae ditum oporteat, nempe pietate, temperátia, iuſticia, reliquiſq; uirtutum generibus, paulo ante diximus. Sed ut breuiſſimo cōpendio ad ea liceat peruenire, ueriſſimum fuerit, quod iam ſum dicturus: tā etſi uobis forſan ubi audieritis durum, & graue uidebitur, imo longe, lateq; ab aliorum ſententia alienum. Etenim ſi ſemel maris imperium affectare deſiuerimus, fore arbitrarer, ut ciuitatē hanc noſtram fœlicius habitaremus, tum nos ipſi meliores euaderemus. Breuiter omnia nobis negocia ex animi ſententia procederent. Quando hæc proferendi imperii cupiditas ſola eſt, quæ nos in has turbas cōiecit, & eam Rempub. ſubuertit, in qua maiores noſtri degentes Græcorum omnium fœliciſſimi fuerunt. Quin fons eſt malorum omniū, & eorum quæ nos iam premunt, & quæ per nos in alios deriuantur. Iam uero quanq̄ non ignoro q̄ ſit arduū, eum, qui Magiſtratū, rem omnibus gratiſſimam & nulli non uel ſumma ope ex-

Malorum maxia cauſa proferēdi imperij cupiditas.

petitam accuſet, uideri tolerabile aliquid dicere, tamen cum iam ante multorum orationes ueras quidem, ſed tamen offenſæ proximas, & parum ſuaues ſuſtinueritis, præcor & hæc noſtra interim toleretis, nec ſtatim meam inſaniã damnetis: qua ſi ipſe apud uos de rebus inopinatis dicere inſtituerim, de quibus tamen nihil ueri, nihil certi afferre queam. Imo uniuerſis, opinor, hoc manifeſtum reddam, imperium, quod affectamus, primũ neq; iure in nos competere: deinde ad id parandum uires noſtras non eſſe pares. Poſtremo ut maxime habeamus & ius, & uires, neq; tamen id nobis conferre. Principio quod eius ius nobis non competat, quia iam ante à uobis ſum edoctus, nunc uiciſſim minori negotio uos edocere poſſum. Nam quum eandem ditionẽ Lacedæmonii haberent, quæſo uos, quot uerba prodegimus, iam iniuſtum eorum imperiũ incuſando, iam æquum eſſe, ut Græci omnes in libertate uiuentes ſuis legibus uterẽtur, iactando? Deinde quas Græcorum ciuitates in auxilium, quod pro eis liberandis

Vt fœliciter proponit.

dis tum cogebatur, non solicitauimus? Tum ad magnum illum Persarum regem quot legationes emisimus, quæ exponerent quam esset iniquum, quàmque parum utile, unicam ciuitatem Græcis uniuersis imperare? Nec ante belli finem fecimus terra marique periclitando, quàm Lacedæmonii in fœdera quibus Græcis libertas redderetur, facienda consentirent. Itaque non per omnia iustum esse, ut potentiores inferioribus imperent, partim temporibus illis ipsi decreuimus, partim in hac Reipub. qualicunque forma apparet. Porro quod ad eam ditionem recuperandam non sufficiant uires, paucis, opinor, ostendi poterit. Nam si semel partam decies mille talentis tueri non poteramus, qui nam perditam in tanta rerum omnium egestate recuperaremus? maxime cum iam moribus simus præditi non illis, quibus id imperii olim peperimus; sed quibus partum amisimus. Iam hinc certe aperte mihi colligere posse uidemini, eam ditionem, etiam si ultro offeratur, nobis non acceptandam. Sed priusquàm hic progrediar uisum est paucu-

cula quædam præfari. Vereor eñ ne dum crebro adeo uos obiurgo, uidear aliquib⁹ ipsum Senatũ dedita opera accusare. Pro fecto si de rebus nostris ad eum modum apud alios uerba facerẽ, crimen hoc utiq; in me hæreret: nunc autẽ apud uosipsos dico, non huc spectans, ut uos apud alios in crimen uocem, sed ut à noxiis eiusmodi cœptis deducam. & uos ipsi pacem, qua tota hæc oratio nititur, cum in ipsam ciuitatem, tum Græciam omnem reducatis. Atqui necesse est utrũq;, & qui amice monet, simul qui nocẽdi studio accusat, quod ad uerba attinet, similia loqui, sed ipsa re, atq; animis inter sese q̃ longissime dissidere. Quamobrem erga eos, qui eadem dicunt, auditorem non eodem modo decet affici. Quin eos, qui nocendi studio male dicunt, tanquàm Reipub. inimicos cõuenit odisse, qui uero iuuandi animo castigant, laudare, optimosq; ciues iudicare. Tum ex his ipsis, cæteris præstare putãdi, qui luculentissime ostendere, & uelut oculis subiicere queant, cum quæ in agendis rebus sint fugienda, tum calamitates, quæ ex malis

Non quid sed quo animo dicaẽ attẽdendũ

ex malis moribus in Rempub. ſcaturiāt. Quod ſi feceritis, celerrime quis apud uos cõſequeretur, ut eis, quæ noxia ſunt, poſt habitis, meliora ſectaremini. De uerborum ergo aſperitate, deq; his, quæ hacten9 diximus, quæq; deinceps dicturi ſumus, apud uos hoc modo ueniam præfari uoluimus. Nunc autem aliud, unde ſum digreſſus, initium faciam. Equidem quàm ſit parum utile uobis maris imperiũ uel oblatum accipere, hinc uos pulcherrime colligere poſſe dicebam, ſi expenderem9, primum quo nam modo Reſpub. ſit adminiſtrata, qualiq; in ſtatu fuerit prius, q̃ hanc potentiam nacti eſſemus: deinde in quas anguſtias ſenſim ſit dilapſa res noſtra, ex quo imperium in mare habuim9. Nam ſi hæc inter ſeſe compoſita præſenti animo inſpexeritis, quot & quantorũ malorũ cauſa ciuitati fuerit, cognoſcetis. Certe Reſpub. quæ tum erat, ea quæ poſtea eſt inducta, tanto ſuperior florentiorq; fuit, quanto Ariſtides, Themiſtocles, & Miltiades uiri erant Hyperbulo & Cleophonte, eiſq; qui nunc Reipub. habenas tractant,

meliores. Quod si ad populũ, qui tum ciuitatem tenebat, cogitatione conuertamini, inuenietis non qualem hodie desidia, egestate, & uana spe plenum, sed eiusmodi, qui in pugnis sua manu omneis, qui regionem hanc inuadebant, uincere potuerint, quiq; periculis pro communi patria Græcia subeũdis fortissimorũ militum dona ab imperatoribus emeruerint: tum fide adeo bona, ut ei se in manum ultro dederent ciuitates pleræq; omnes. At his nostris succedentibus, immodica potẽtia, qua per stultitiam abutebantur, nos coniecit in hanc licentiam, quam nemo sane laudaret. Pro uictoria porro, quã ab hostibus illi reportarunt olim, sic ciues instituit, ut neq; sub ipsis urbis mœnibus hostibus occurrere audeãt. At pro sociorum erga maiores nostros beneuolentia, & studio, proq; gloria, quam ei dabant alii Græci omnes, eo odii peruẽtum est, ut parum abfuerit quin ipsa nostra ciuitas direpta fuisset, nisi Lacedæmonios, qui denuo aduersum nos bella gerebant, magis propicios, quàm eos qui nobis socii fuerãt, sensisse-

ſiſſemus. Quibus equidem quod male nobis uoluerint, non admodum uitio dederim, quando non uoluntarii, ſed laceſſiti, ac multis, magniſq; malis à nobis affecti hunc animū in nos induerunt. Quis enī patrum noſtrorum inſolentiam perferre potuiſſet, qui ex uniuerſa Græcia deſidioſiſſimum quenq;, & omni ſcelerum genere coopertum colligere ſolebāt, atq; hominū fece claſſibus inſtructis, reliquis Græcis bella inferebant? Atq; ad eum modū optimos quoſq; in aliis ciuitatibus habitanteis expellebant, & eorum bona peſſimis quibuſq; diſtribuerunt. Cæterum ſi quæ temporibus illis facta ſunt accuratius auderem perſequi, futurum forſan eſſet, ut uos quidē de cæteris conſyderatius conſuleretis, ipſe uero calumniam uix effugerem. Etenim pro more habetis eorum, quæ perperam fiunt, non tam authores, quàm incuſatores odiſſe. Ergo cum hoc animo ſitis præditi, uereor, ne dū beneficiis uos demereri ſtudeo, mihi ipſe mali aliquid acceerſam. Attamen ab his, quæ apud animum ſtatui, non omnino deſiſtam. Certe

quæ quidẽ ueſtris animis maximũ ſunt al latura dolorem, prætermittam, quæ uero patrum noſtrorum ſtulticiam docere uos poterint, eorũ inferam mentionẽ. Nam quaſi dedita opera rationem inuenerunt, qua omnium maxime odioſos ſe facerẽt, adeo ut pecuniam, quæ forte ex tributis ſu pereſſet, per talenta diſtractam in Diony ſiis apud Orcheſtram populo diuidendã decreuerint. At ubi iam plenum erat thea trum, aliud quiddam excogitarunt, nem pe eorum qui bello cecidiſſent, liberos in ducebant ex ærario publico nutriendos, ſeſe per hoc utriſq; & ſociis, & Græcis reli quis oſtentantes: illis quidem quanta fa cultatum ſuarum precia mercenariis mi litibus ſibi peperiſſent: his uero quanta pupillorum, quos e publico nutrirent, eſ ſet multitudo: tum, calamitates in quas propterea, quod plus cæteris habere ſtude rent, incidiſſent. Atq; hæc dum facerẽt & ipſi ciuitatem ſcilicet promouebant, & multi, qui parum mente ualebant, eam per hoc beatam prædicabant. Itaq; acci dit ut dum opum fulgorem mirantur, ſi

biq;

biq; hac gratia placent, nihil eorum, quæ postea essent euentura prospicerent, uidelicet, quod opes per iniuriam aliunde in ciuitatem cõuectæ & pristinas nostras fortunas unà secum fuerãt perdituræ. Etẽm suas ipsorum familiares copias adeo negligenter curabant, & alienas facultates affectabãt, ut quamuis Lacedæmonii hostes hanc patriam inuaderent, etiam propugnaculo illo Decelico iam erecto, ipsi tamen classem contra Siculos instruerẽt, nec puderet, modo in eos qui nunquã aliquo in nos commisso peccarunt, exercitum ducerent, patriam hostibus diripendam deserere. Quin eo demẽtiæ sunt prolapsi, ut cum suburbia sua non tenerent, totius tamen Italiæ, Siciliæ, ac Carthaginis imperia sibi pollicerentur. Porro stultitia mortalibus omnibus tanto fuerunt superiores, quanto alios quidem omneis mala sua & modestiores & prudentiores faciunt. Illi uero tot calamitatibus ne tantillum quidem facti sunt emendatiores. Sed enim interea, dum infœlix illud maris imperium tenuerunt, in mala & plura

& maiora ceciderũt, q̃ omi seculorum me moria ciuitati acciderit. Eteni, ut e mul tis pauca recenseam, Triremes ducentæ, quas in Aegyptum duximus unà cum ip sis uectoribus interierunt: circa Cyprum autem centum & quinquaginta. In Pon/ to decem milia armatorum, partim suorũ, partim sociorum perdiderunt: at in Sicu lis milites quidem quadragies mille, Tri/ remes autem quadraginta supra ducẽtas: postremo in Hellesponto Triremes itidẽ ducentas. Porro naues, quas nunc decẽ, nunc quinq;, nunc plureis perdidimus: & milites, quorum iam milleni, iam bismil leni ceciderunt, quis certo numero com/ prehenderit? Ac uero tot, & tantis cladi/ bus subinde recurrentibus uix per ocium licebat singulis annis ciuiũ, qui bello cæ/ si desyderabantur, funera celebrari. Ad quos ludos Græci multi, partim uicini, partim remotius habitantes commeabãt, non ut mortuos unà nobiscum lugerent, sed miseriarum nostrarũ spectaculo suos oculos oblectarent. Et ne sic tandem sense runt stolidi se simul, & publica sepulchra ciuibus

tiuibus indigenis, & simul tribus & rationaria quibus Magistratuum nomina inscribuntur alienigenis implere. Iam quãta sit eorum, qui his malis succubuerunt multitudo, hic uel maxime quis poterit colligere, quod Illustrissimorum uirorũ familias, ac domos, quæ tyrannicos illos tumultus, bellumq; Persicum effugerũt, eius imperii, quod nunc captamus, tempore emortuas, ac funditus euersas inueniemus: ut si de reliquis cõsyderãdo huc uelut ad exemplar respicere uelis, uideas pene permutatos ad unum omneis. Atqui ciuitatem conuenit existimare fœlicẽ, non quæ ciueis q̃plurimos ex omni hominum genere citra delectũ collectos habeat, sed potius, quæ maiori cura nobilitatem eorum, qui primi ciuitatem habitarint, studet conseruare. Tum uiros admirari decet, neq; qui per occasionem tyrannidem occupent, neq; qui potentiam iusto maiorem habeant, sed qui etiamsi maximis honoribus sunt digni, tamen qualescunq; honores sibi à populo delatos boni consulant. Hæc enim est potentia, qua

Quæ ciuitas fœlix.

Quæ opt. potentia.

ſola, neq; Princeps, neq; Senatus ullũ aut honeſtiorem, aut ſtabiliorem, aut etiam pluris æſtimandam poterit conſequi, q̃ cũ illo qui belli Perſici tempore in Rep. floruerunt, haberent, non quemadmodum nos nunc latronum & prædonum exemplo ſic degebant, ut iam immodica rerum copia affluerent, iam frumenti penuria laborarẽt, iam obſidionis diſcrimine premerentur, breuiter in ſummis malis uerſarentnr. Verum quod ad uictum quotidianum attinet, neq; egeſtate laborabant, neque luxu diffluebant. Porro in Reipub. gubernandæ ſeueritate, iuſticiaq; & item uirtutibus eiuſmodi aliis, inter ſeſe pulcherrimo certaminis genere contẽdebant. Quibus rebus ſunt conſecuti, ut ætatem ſuam ſuauius longe, q̃ cæteri, peragerent. Has ueterum arteis, quia poſteri neglexerunt, non imperare, ſed tyrannidem exercere cœperũt. Quæ duo tametſi eodem recidere uidentur, longiſſimo tamen interuallo inter ſe diſſident. Nam ut Principis eſt officium, ſuis ipſius curis & ſtudiis ſubditorum ſtatum reddere fœliciorem,

liciorẽ, ita Tyrannis mos eſt ciuium labo ribus, & malis ocium ſibi, & uoluptatẽ pa rare. Atqui neceſſe eſt, qui eiuſmodi res conant, & in tyrannicas calamitates inci- dere, atq; eiſdem retaliari malis, quibus ip ſi alios afficere ſtuduerunt. Id quod & ciui tati accidit. Etenim pro eo, quod aliorũ arces noſtris præſidiis occupare ueteres ſo lebãt, maiores noſtri hoſtes ſuæ ipſorum dominos factos cõſpexerũt. At quod olim hoſtium liberos à parentum complexu abductos obſides capiebamus, pro eo ci- ues multi coacti ſunt ſuos per obſidionẽ peius ꝗ eis conuenit, inſtituere, educareq;. Tum autem cum olim alienos agros co- luerint patribus noſtris per hoſtiũ incur- ſus, ſuos multis iam annis ne uiſere quidẽ licuit. Quam ob rem ſi quis nos roget an tantuli temporis imperium, tot ac tantis ciuitatis incommodis emere parati ſim9, quis utiq; huic aſſentiret, niſi qui forſan ſit mente plane captus, ut neq; ſacerdotũ, neq; parentum, neq; liberorum, breuiter nullius gerat curam, ſed imperium ſuo tantum ſeculo duraturũ ſpectet, cuius ſen

Tyrãni & Principis diſcrimẽ.

tentiam ſequi ſit indigniſſimũ. Quin eos magis æmulari conuenit, qui omniũ earum rerum cura ſoliciti nihil minus pro communi omniũ gloria, quàm propria elaborant, quiq;, ſi detur optio, malint cũ iuſticia modicas facultates, q̃ per iniuſticiam ſummas opes. Etenim quia eiuſmodi uiros ſe Reip. præſtabant noſtri maiores, & ciuitatem poſteris fœliciſſimam tradiderunt, & uirtutum ſuarum memoriam immortalẽ reliquerunt. Ex quibus utraq; hæc diſcere perfacile eſt. Primum, quod hæc noſtra regio uiros aliis præſtantiores alere poteſt: deinde quod imperiũ illud, quod uocant, nam in re nihil aliud eſt, q̃ calamitas, in hoc uelut natum eſt, ut quicunq; id amplectantur, eos peiores faciat. Cuius rei maximũ eſt indiciũ, quod nõ modo nos, ſed & Lacedæmoniorum ciuiuitatem ita corrupit. ut hi, qui illorũ uirtutes laudibus ferre conſueuerant, nõ amplius in orationem aſſumere uere queãt, nos quidem ob immodicam populi libertatem, rerum ſucceſſu abuſos: at Lacedæmonios ſi eam potentiam nacti fuiſſent

per

per eam occasionem, tum sese, tum alios fœlices facere potuisse. Ac citius quidem & longe minore negotio tam malum esse imperii illius uelut geniũ ostenderint, ut Rempub. quam septingentis iam annis turbatam nec periculis, nec calamitatibus uidit nemo, eam non ita tẽpore longo labefactarit, & ruinæ proximam fecerit. Nã pro honestis studiis, quæ apud eos olim erant in precio, nunc priuatos quidem reddidit totos iniquos, desides, licentia solutos, auaros. Sed communes ciuitatis Magistratus sociorum quidem cõtemptus, aliena uero rapiendi libido inuasit. Tum iureiurandi ac fœderum religio ab his ꝑ nihilo duci cœpit. Etenim iniuriis, quibus Græcos uexarunt, tanto nostros præcelluerunt, ut ad priora facinora, seditiões, & cædes adiecerint. Quas ob res perpetuas, nec unquam e memoria delendas inimicitias inter se gerunt. Et cum aliàs in eiusmodi rebus suscipiendis cauti, & religiosi fuerunt, eius imperii tempore inconsyderate adeo, & cupide bellicis periculis sese exponebant, ut neq; à sociis, neq;

ab his,quibus maximis erāt beneficiis de/uincti,manus abſtinuerint. Quin etiam ubi iam imperium nacti eſſent, Perſarū regi pepercerunt, qui ſibi in belli contra nos ſuſcepti ſumpt⁹ plus q̃ quinquies mille talenta ſuppeditarat: neq; Chiis,qui ex ſociis oībus naualis prælii pericula promptiſſimi ſubierunt: neq; Thebanis, tam/etſi hi pedeſtribus copiis præcipuum ro/bur addiderunt. Ac Thebanos quidē ſta/tim ſunt adorti, uerum in regem,Clearchum,ac Strathiam immiſerunt, Chiorū uero primarios e ſedibus ſuis fugarunt, eorumq; Triremes e portu extractas ſecū abduxerūt. Neq; uero tot ac tanta in amicos committere eis fuerat ſatis,ſed eiſdem ferme temporibus & Epirum uaſtabant, inſulaſq; circumiacentes iniuriis uexabāt. Sed & euerſis Italiæ Siciliæq; rebus publi/cis tyrannos præficiebant. Nec huius mali flamma à Pelopōneſo abſtinuit: quin eam inſulam ſeditionum ac bellorū pro/cellis concuſſit. In ſumma,quam ciuitatē bello non tentarunt. aut quibus uim non attulerunt? An non Eleis ditionis partē detra/

detraxerunt? Non Corinthiorum fines distraxerunt? Non Mantinenses e suis sedibus fugatos disperserunt? Non expugnarunt & Phliasios? Postremo non & inuaserunt Argiuos? Certe nõ ante quieuerunt, q̃ alios quidem omneis afflixissent, sibiipsis uero cladem illam apud Leuctra comparassent, quam cædem qui eis malorum omnium causam faciunt, uehementer sane errant. Neq; enim per eam cladẽ in sociorum odium peruenere, sed iniuriarum nomine, quas ante exercuerunt, & tum infœliciter pugnarunt, & postea suam ipsorum patriam in periculum coniecerũt. Porro causas tribuere oportet nõ malis, quæ in fine obueniunt, sed ipsis primis peccatis, per quæ in eiusmodi infœlices exitus tandem quasi per gradus deuenitur. Quare si quis calamitatum omniũ fontem eis tum inuentum diceret, cũ maris imperium captare cœpissent, hic omnium fuerit uerissimus. Siquidem ex eo tempore Lacedæmoniorum potentia degenerare cœpit. Nam propterea quod in eorum Repub, cui unus summ⁹ erat prin

ceps, omnia recto fiebāt ordine, pariterq; ciues militari disciplina ad fortitudinem exercebātur, imperio marino facile sunt potiti. Verum cum per imperii tempus licentia diffluerent, non magno negotio honore tum imperii, tum principatus sui sunt exuti. Neq; enim leges, quas à maioribus acceperūt, amplius seruabant, neq; in pristinis permanebant morib9. Sed cū quicquid liberet, hoc etiam licere sibi putarent, in maximam rerum perturbationem se ipsi coniecerunt. Nec perspexerūt immodica illa potentia, quanq̃ eam ambiunt omnes, q̃ sit res lubrica, q̃ à mente alienet sui cupidos, quodq; natura similis est meretricibus, quæ spectatoribus amorem quidem sui instillāt, sed eos irretitos misere perdūt. Sane quod per omnia sint similia, eandéq; uim habeant, multis exemplis uobis est ostēsum. Si quidem, qui potentia plus cæteris ualuerunt, eos uideas in maximas semper incidisse calamitates. Et ut à nobis ac Lacedæmoniis sumā initium, an nō hæ ciuitates, quæ ante modestissime gubernabantur, & summam

Cuiusmodi res sit immodica potentia.

habe

habebant gloriam, posteaquam potentiã illam immodicam & maris imperium na ctæ sunt, ex æquo retrocedere cœperunt? Certe quemadmodũ, qui eisdẽ cupiditatibus laborant, eisdem quoq; morbis sunt obnoxii: ita nostri & Lacedæmonii, quoniam eandem uiam sunt ingressi, & similiter errarunt, ac per hoc tandem in idem præcipitium deuenerunt. Et nos quidem cum sociorum omnium in nos odium exasperassemus & libertas nostra in seruitutis periculum esset adducta, Lacedæmoniorum auxilio seruati sumus. Illi uero cũ in eorum excidium conspirassent omnes, ipsiq; ad nos confugissent, per nos salutẽ sibi inuenerũt. Et adhuc, si diis placet, laudare oportebit imperium, quod adeo infœlices habet exitus? Quin potius execramur, & modis omnibus fugimus, quod utramq; ciuitatem multa adeo grauiaque perpulit tum facere, tum pati? Iam uero quod antehac homines non aduerterint illam maris ditionem habentibus, tantorum esse malorum fontem, quodq; eius imperii gratia & à nobis & à Lacedæ

Bona pars hominum in rerũ delectu errat.

moniis est pugnatum, non admodum mirũ uideri debet: quando bonam mortalium partem in rerum delectu hallucinari deprehendas, tum plures quidem malorum, quàm bonorum cupidos. Ad hæc reperire licet qui pro inimicis melius, q̃ pro sese consilium captent. Id quod tam in maximis, q̃ minimis licet obseruare. Quid enim nõ ad eum modum est factũ? Principio nosipsi, an non ea facere statuimus, per quæ Lacedæmoniis totius Græciæ obtigit imperiũ? Illi uero perperam adeo res suas sunt moderati, ut nos haud ita multo post denuo eorum salutem nobis asseruerimus: deinde Atticorum immodicum habendi studium ciuitates nostras in Lacedæmoniorum ius transtulit: ut & Lacedæmoniorum iniuria ferox suas ciuitates Atticorũ ditionem subire coẽgit. Postremo Magistratuum, qui populo in Democratia præerant uitio factum est, ut popul9 ipse ὀλιγαρχίαν, in qua quadringenti rerum summæ præessent, maluerint. Porro triginta tyrannorũ in subditos libido effecit, ut uel tyrrannici satellitii

Olim nulli populo erant gratiores, q̃ qui tyrannorũ stipatores interemerunt.

litii oppressoribus facti sim9 magis popu lares. Sed quod ad minora illa, & quotidianæ uitæ rationem attinet, multos sane recensere quis posset, qui eduliis ac studiis eiusmodi gaudent, quæ tum corpori, tum animo detrimentum adferunt. At, quæ utiq; & corpori & animo fuerant profutura, ea molesta, parumq; salubria putant. Tum eos iudicant constantes, qui in his, tametsi malis, permãserint. Itaq; si ex his in quibus semper uiuitur, quæq; maiori sunt curæ, peiora plures sibi eligunt: quid mirum si de toti9 maris imperio, de quo nihil unquam pensiculatius est cogitatũ, hallucinantur, & inter sese bello certant? Iam in ciuitatibus, quæ unius imperio parent, uidetis, quàm sint multi principatũ ambientes, quorum quisq; ut uoti fiat cõpos, nihil non tum facere, tum pati paratus est. Attamen eam conditionem, quæso uos, quæ molestia, quæ calamitas non comitatur? An non statim ipse principatus ingressus infinitis te implicat malis, & in extremam necessitatem coniicit? ut cum ciuibus uniuersis bellum gerere co-

Principatus incommoda.

garis, & intestino prosequaris odio eos, à quibus nihil mali unquam sis passus? Ad hæc clarissimis amicis & iucũdissimis sodalibus diffisus, corporis tui salutẽ mercenariis hominibus deponas, quos antea ne uideris quidem unquam? Quod genus custodes, tibi nõ minori solicitudine sunt timendi, quàm & insidiatores. Deniq; suspectos adeo habeas omneis, ut in congressibus uel intimis & arctissimis necessitudinis uinculo coniunctis parum fidere audeas. Neq; id iniuria: quando illud constat, qui ante tyrannidem obtinuerunt, eorũ alios à parentibus e medio sublatos, alios à liberis, alios à fratribus, alios ab uxoribus circũuentos: porro eorundem familias ex hominibus penitus extirpatas. Attamen in tot calamitatum aleam miseri sua sponte se ipsi coniiciunt. Ergo si qui in Repub. primas tenent, ac aliis sapiẽtiæ opinionem de se dederunt, ita sibi malorum sunt authores, suisq; calamitatib⁹ applaudũt, quid attinet alios admirari, qui res eiusmodi ambiunt? Neq; uero me fugit orationem meam, qua parte tyrannos attingit,

attingit, uobis cum primis esse gratam, qua uero imperium, auribus uestris plane displicere. Nam pessimis omnino laboratis affectibus. Siquidem quæ in aliis obseruata, damnatis, eadem in uobisipsis ne animaduertitis quidem. Atqui prudentis & cordati hominis, haud scio an non maximum est signum, si earundem rerũ æstimationem in omnibus consimiliter facere uideat. Quæ censendi regula à uobis semper modis omnibus negligitur. Etenim tyrannides quidem graues, & noxias putatis non aliis solum, sed & his, qui eas exerceant. At maris ditionem summorum bonorum causam iactatis, quæ tamẽ siue perturbationum multitudinem, siue muneris administrandi difficultatẽ spectes, à monarchiis differt omnino. Et rẽ Thebanam, propterea quod uicinos suos iniuria afficiant, laborare censetis, ipsi uero cum socios uestros nihilo melius tractetis, quàm illi Bœotiam, uos nihil non ad rem pertinens facere persuasi estis. Quin ergo in primis, si me audire uultis, omissis uanis illis consultationibus, animos

uestros ad ipsam Rempub. atq; adeo nos ipsos conuertitis. Sicq; accuratius disquiritis, quid nam sit illud quod ciuitates hæ duæ, nostra dico, & Lacedæmoniorũ ab exiguis profectæ initiis eò creuerint, ut imperium toti9 pene Græciæ aliquandiu tenuerint, ac rursum rerum cardine commutato, ex tanta potentia in libertatis amittẽdæ periculum reciderint: tum quid nam sit causæ quod Thessali quidem, qui summas opes cum summa potẽtia cõiunctas habebant, nunc duriter uitam agũt: Megarenses autem, cum iam inde ab initio familiares copiæ eis fuerint, exiguum neq; habeant fertile solum, neq; portus, neq; argenti fodinas, sed saxa colant, domos tamen magnificentissime possideãt. Et illorum quidem arces, tametsi eis suppetũt plus quàm ter mille equites & sagittarii innumerabiles, alii tenent, hi uere quantumuis exiguis copiis instructi, totã suam regionem ex animi sententia uel nullo obstrepente, gubernant. Ad hæc illi semper intestinis bellis sese conficiunt, hi uero quamuis inter Pelopõnesiorum,

Hic attendat cordatus lector.

The

Thebanorũ, ac noſtræ ciuitatis perpetua bella ſedè habeant, nihilominus in ſumma tranquillitate, & pace uitam trãſigũt. Nam ſi hæc atq; eiuſmodi alia apud animum ueſtrum diligenter expenderitis, dubio procul malorum omnium cauſam inuenietis iniuriam, licentiam, & immodicum habendi ſtudiũ: at continentiam & moderationem bonarum omniũ fontem. Quam uirtutem in priuatis quidem laudatis, quiq; eam exercent, eos inter ciues omnes tranquilliſſime uiuere, & cæteris meliores putatis. Et ut communes omnium cuſtodes Magiſtrat9 hac laude probētur, nihil ad rem pertinere cenſebitis? Certe ut uirtutes magno ſtudio ſunt exercendæ, ita uitia fugienda cum omnibus, tum uero maxime Magiſtratibus. Nam priuatus quiſpiam etiamſi peccat, tamen aliquoties uſu uenit, ut ipſas errati pœnas morte anteuertat. Verũ ciuitates, in quas redundat, ſi quid à Magiſtratibus cõmiſſum fuerit, quia non perinde, ac homines emoriuntur, ſemper manent factis digna ſupplicia, eaq; non tantum ab homini-

Nobilis ſententia.

bus, sed et ipsis diuis. Quæ uobis pruden ter sunt expendenda, ne in animũ admit tatis eos, qui in præsens quidem gratiosis uerbis aures uestras demulcent, sed tem poris futuri nullam habent rationem: nec animum inducatis eis credere, qui multis quidem uerbis suum erga Rempub. stu dium coram populo iactent, sed re ipsa to tam ciuitatem labefactant, quemadmo dum & prius: mox ubi publicani pro con cione orandi autoritatem nacti essent, eò dementiæ ciuitatem redegerunt, ut cu iusmodi uobis supra recẽsui designare su stinuerint. Quo loco omnium maxime mirari succurrit, eis nos authoritatem po pulum concionibus tenendi, communi bus suffragiis deferre, nõ qui perinde sint affecti ac fuerunt, qui Rempub. ex parua magnam fecerunt, sed qui non alia tum dicant, tum faciant, q̃ qui optimam à ma ioribus acceptam suo uitio prodiderunt, præsertim cum modo sciatis unicum esse, quo Respub. promoueatur, si quod ad ho nores attinet, boni malis præferentur. Sed & compertum habeatis popularem liber

Quod maxime Rẽp. promoueat.

tatem

tatem sub illis ueteribus multis quidē annis neq; perturbatam, neq; in aliam formam commutatam: uerum eandem sub his recentioribus iam bis euersam: tum ciues, qui partim tyrannis, partim triginta illis præfectis rerum potientibus successerunt, in urbem reductos, non sycophantarum horum opera, sed prudentia eorum qui hoc hominum genus semper oderūt, quiq; nomen sua uirtute celebre habuerint. Et quanquàm tot à ueteribus nobis sint relicta monumenta, quæ quid quisq; Reipub. uel profuerit, uel nocuerit, aperte declarant: tamen eiusmodi Oratorum uersutiæ adeo nobis placent, ut tametsi oculis coràm cernamus bellorum, aliarumq; perturbationum, quas illi excitarant, causa, ciues quidem multos patrimonii sui facultatibus excidisse: illos uero e summa paupertate summas opes conscendisse, non tamen uel nostro nomine indignemur, uel illis suam fœlicitatē inuideamus. Imo & ipsam ciuitatem in crimē uocari sustineamus, quasi ea Græcos affliget, & tributis imperatis premat, illos

uero, nẽpe Oratores malos, patimur fru-ctus hos omnes capere. Tum populo quidem, cui imperium uerbotenus tantum tribuunt, conditionẽ esse priorem, quàm his qui paucorum potentiæ, Græci ὀλιγαρχίας dicunt, seruiunt. Hos uero per nostram stultitiam ex angustissima re familiari ad magnum fortunæ splendorẽ peruenisse. Atqui Pericles, inquiunt, qui longe ante hoc tempus populi suffragio Orator in Repub. constitutus erat, cum ciuitatem magis quidem nutantẽ, quàm post acceptum maris imperium, tolerabilius tamen adhuc institutam accepisset, non ad suum ipsius quæstum studia conuertit, sed familiam suam ipsius minorẽ, quàm à patre acceperat, reliquit. At in arcẽ præter ea, quæ sacris dicauit, intulit octies mille talenta. Hi autem, qui nunc præsunt, tantum ab illius factis absunt, ut dicere etiam non uereantur, sed per Reipub. curam priuatis commodis studere non posse. Cum interim per hanc scilicet rei familiaris negligentiam, eos tantũ profecisse apparet, quantum alioqui à diis ne optassent

sent

ſent quidem unquam. Ad hæc & illud obiiciunt plebem noſtram haud quaquàm lætam degere, imo ſic tractari, ut ciuium nemo uiuat neq; commode, neq; molliter. Quin ciuitatem plenam eſſe comploratiónibus, ſic enim aiunt, alios quidem huc adigi, ut paupertatem, egeſtatemq; ſuam apud ſeſe, & quod aiunt, in ſinu deplorarent: alios uero de Imperatorũ, ac miniſteriorum multitudine queri. Tum exactiones, atq; æris alieni ſolicitudinem iactant. Quæ omnia eiuſmodi dolorem faciunt, ut qui magnas habent facultates, miſerius pene uiuant, quàm qui perpetua paupertate depreſſi in diuitiarũ ſpem ſeſe nunq̃ erexerũt. Demiror autẽ uos, ſi hoc perſpicere non poteſtis, nullum hominũ genus plebi peſtilentius, quàm ſint maligni Rhetores, atq; in Repub. Oratores. Nam præter aliam calamitatem, quam ſecum adferunt, uos & his, quorum in ſingulos dies eget uſus, ſpoliare ſtudent. Vidẽt enim qui domeſtica facultate ius ſuũ tueri ſufficiunt, eos & pro Reipub. commodis ſtare, & eorum qui optima tum di-

Rabulæ forenſes et id genus homines litiũ fabri.

cunt, tum faciunt, partes sequi. At, qui partim in foro, partim populi cōcionib9 uictum quæritant, eos inopia coactos à se pendere, uidelicet qui magnam debeant gratiam delationibus, criminibus, atq; id genus aliis sycophantarum strophis. Quibus omnibus locum dat illorū Magistratus. Itaq; iucundissimum eis fuerit, in rei familiaris angustiis, in quibus ipsi ætatē agunt, & ciues uniuersos conspicere. Cuius rei maximum est indicium, quod non huc spectant, qua uia egentibus uictū subministrent, sed quibus technis eos, qui aliquid habere uidentur, cæteris exæquent. Quæ ergo dabitur à tot malis requies? Equidem, quæ mihi huc pertinere sunt uisa, magna ex parte recensui, non quidem ordine accurati9 seruato, sed ut quæq; pro tempore inciderunt. Veruntamen minori negocio dictorum meminisse poteritis si quæ urgere maxime uidebunt, denuo paucis perstringere tentaro. Igitur ex his per quæ res nostræ collapsæ erigi, inq; melius restitui queant, primum fuerit, si publicis negociis consiliarios adhibuerim9

tales,

tales, quales in priuatis rebus nobis contingere optaremus, nec posthac in errore ita simus pertinaces, ut populares existimemus esse sycophantas istos, ὀλιγαρχικοὺς autem, hoc est, qui communem omnium libertatem in suam & paucorũ aliorum potentiam redigere studeant, uiros bonos, & honestos, quando cognitum habetis neutros horum, quod uulgo uel per adulationem, uel per inuidiam audiunt, natura esse posse. Quin potius cuiq; gestit animus eiusmodi Rempub. instituere, in qua ipse maxime in precio sit futurus. Proximum uero, si animum induxerimus non aliter uti sociis, quàm & amicis. Nec uerbotenus tantum eis libertatẽ permittamus, re ipsa uero facultatem eos pro sua libidine tractandi ducibus nostris concedamus. Nec dominorum, sed sociorum exemplo imperium in eos geramus, præsertim cum iam satis edocti simus potentiam nostram sociorum ciuitatibus singulis quidem esse superiorem, sed uniuersis lõge inferiorem. Porro tertium est, si post pietatẽ, quæ diuis debetur, tanti pute

Nobilis & uerifs. sententia.

temus nihil, quàm ut Græcis bonam de nobis opinioné dare modis omnibus studeamus. Nam si his armis instructi erim9 uoluntarii quiq; non imperium modo, sed & seipsos in nostram manũ dederint. Quod si quæ dixi, opere executi fueritis, insuperq; uosipsi comparaueritis, bellicosos quidem in militari disciplina, & apparatu, mãsuetos uero, ac pacificos nihil præter æquum faciendo, futurum ut non uestram modo ciuitatem reddatis felicioré, sed & totius Græciæ statũ promoueatis. Neq; enim, ubi uiderint ciuitaté nostram huc spectare, & iam instructã, ut si qui iniuriam patiantur, eis subueniant, ulla ciuitas quicquàm ferocius designare audebit. Imo cunctabundi ad res nouas incipiendas erunt, sicq; in summa quiete degét. Attamen siue hoc siue illud fecerint, euẽtus in nostrum commodum cedet. Etem si ciuitates, quæ inter alias sunt eminentiores, ab eiusmodi iniuriis dehinc abstinuerint, id beneficii nobis acceptũ feretur. Sin aliis per uim iniuriam facere conabũtur, omnes profecto, quos uel ipsa iniuria,

uel

uel metus tangit, ad nos supplices confu-
gient, nihil non offerentes non modo im
perium, sed & seipsos. Quibus rebus futu
rum est, ut nunquàm desint, quorum mi
nisterio malignari uolentes, propulsem9.
Imo ad manum semper auxiliares copiæ
multæ suppetant. Nam cui ciuitati, imo
cui omnino homini non erit in uotis no
stræ amicitiæ, societatisq; fieri participē?
maxime cum uidebit nos ad utrūq; iuxta
paratos in pace quidem iustissimos, ad bel
lum uero potētia summa instructos, tum
nobis ut in animo, ita & manu esse alios
defendere, nosipsos autem nulli9 auxilio
indigere. Iam uero quàm ingens in ciuita
te rerum omnium expectandus esset pro
fectus, si exteri omnes magnifice adeo de
Repub. nostra sentirent? Tum autē quā-
tas opes in ciuitatem uelut influere usuri
essemus, si nos per Græciam uniuersam
in fœlici statu seruari constaret? Quis ue
ro non uel summis laudibus efferret eos,
qui tot ac tantorum bonorum extitissent
authores? Quanq́ autem singula, quæ in
animo meo cogito, oratiōe complecti nō

licet,hoc tamẽ nunc docebo, uidelicet, cõmodissimũ esse,ut eis,q inter tot iniquos, & q̃si insanos à rectæ rationis tramite nõ declinarũt,libertas & Reip.sal9 cõmittaƭ, nec ut ante boni publici corruptores per cõuitiũ dicanƭ: deinde si qui uirtutũ splẽdore fuerint cõspicui, hi in pristini honoris gradũ restituanƭ. Porro caput omniũ, in qđ hactenus à me dicta cõtendũt, qđq; Reip. negotiis existimãdis respicere oportet,illud dicere uere possem,nẽpe qđ oportet,si uolueritis calũnias,quib9 hoc tẽpore male audim9,dissoluere,si à bellis frustra iam sæpe susceptis reqescere,si principatũ in omne tẽpus firmũ ac stabilẽ nancisci, odisse certe quicquid est tyrãnicæ ditiõis, atq; itẽ insolẽteis potẽtat9 omneis. Semp.n.in memoria hærere debẽt calamitates, quæ ex eo fonte in Rẽp. manare solẽt. Sed ut hæc uitãda sunt,ita rursum admiratiõe æmulationeq; dignũ plane Lacedæmoniorũ regnũ.Horũ eñ regib9 peccãdi licẽtia est minor,q̃ quibusuis priuatis. At reges ipsi cæteris q tyrannidẽ in subditos exercent,eo sunt fœliciores, q̃ qui hos occiderunt,

runt, à cõmunis Reip. ciuibus amplissima munera accipiũt. Pro illis uero, q nõ in pugnæ discrimine mortẽ audẽt oppetere, abiectiores habent his qui ordinẽ deserunt, & abiectis armis aufugiũt. Quare nõ immerito eiusmodi principat9 multorũ uotis est obnoxius, Ac nobis quidẽ, ut nũc se res habent, eũ honorẽ, quẽ illi à suis ciuibus habẽt à Græcis perfacile fuerit impetrare, si persuasi erunt potentiã nostrã sibi nõ seruitutis, sed salutis causam fore. Porro cũ multæ sane, & uariæ oratiões ex hoc argumẽto duci possint, mihi tamẽ finem dicendi facere duo suadent, primũ huius oratiõis prolixitas: deinde annorũ meorũ multitudo. Iuniores autẽ dũ magis q̃ ego ætate uigẽtes partim cohortor, partim iubeo in hoc genere plura tum dicere, tum scribere. Si quidẽ hac uia maximas ciuitates, & quæ alios sub iugũ mittere cõsueuerunt, ad uirtutẽ, pariter ad iusticiã perducent: usqadeo, ut Græcia rebus omnibus florente, & rei literariæ status in melius prouehatur.

DIXI.

DIONYSII

HALICARNASSENSIS SENtentia de Isocratis orationibus, ex qua iudicari potest, alteram orationem ad Philip. in præcipua admiratione apud Græcos fuisse, quòd eas res uideretur complexa esse, quæ maxime tuendæ essent magno Principi.

QVI AD REMPVBLICAM ACcessuri sunt, hunc Oratorem in manibus habere debent, & qui ueram Philosophiam, quæ non uersatur in disputationibus, sed in rebus gerendis amplectuntur, quiq; non illud ociosum uitæ genus in quo ipsi suauiter uiuant, sed negotiosum & utile Reipub. uitæ genus sequũtur, his censeo hunc Oratorem legendũ atq; imitandum esse. Quem nõ accendat ad patriæ amorem, & laudes amplificandas, & ad bene faciendum Reipub. oratio Panegyrica ad Philippum scripta, in qua commemorans res gestas ueterum, ostendit eos non solum in re militari fortes & acres fuisse, sed etiã domi moderatos, dignum

nitatem conseruantes,& cõtinentes & magis de Repub, quàm de priuatis rebus solicitosq; nec aut aliena, aut impossibilia affectasse, & foelicitatem non metitos esse pecuniæ magnitudine, sed honestate, existimantes se maximas opes relinquere posteris, & minime inuidiosas, si relinquerent eis beneuolentiam erga se ciuium. Præterea honestam mortem longe meliorem esse ignobili uita ducebant, & dabant operam non tam ut nouas leges accurate scriberent, atq; emendarent, quàm ut ueteres conseruarent. Nec contendebant inter se ut interfectis ciuibus occuparent imperium, sed ut alteri alteros beneficiis superarent. Et eadem ratione utentes erga uniuersam Græciam deuinciebant sibi ciuitates, quas in potestatem suam redigebãt beneficiis adiunctas, non ui captas, promissa fidelius seruantes, quàm nunc seruent iusiurandum: & pacta religiosius facientes, quàm nũc ui imperata faciant. Sic se gerebant erga subditos, quemadmodũ se tractari uoluissent, si qui eis imperas-

ſent. Cunq; hoc modo ſe gererent, in ſuis quidem ciuitatibus habitabant, ſed uniuerſam Græciam patriam eſſe ducebant. Quis ergo uir potens non libenter legat alteram orationem ſcriptam ad Philippum Macedonem, in qua hortatur bellicoſum ac potentem Principem, ut Græcas ciuitates in concordiam redigat, nec excitet inter eas inteſtinum bellum, ſed proferat fines imperii Græcorum, & omiſſis indignis ac puſillis rebus, talia ſuſcipiat, quibus perfectis clariſſimus omniũ ducum euadat: & ut maxime non perficiat, tamen beneuolentiam Græcorum maximam conſequatur, quam qui adepti ſunt, clariores fuerunt aliis, qui maximas urbes atq; regiones ceperũt. Hortatur eum & honeſtiſſima conſilia Herculis & aliorum ducum imitari, qui bella cum Barbaris geſſerunt; & dicit magnos Principes, qui excellere aliis uolunt ſuſcipere oportere res magnas atq; utiles uniuerſo generi humano, nec reformidare pericula, cogitantes quod cum conſtent ex mortali

corpore. immortales propter uirtutis laudem futuri sint. Et quia aliorum bonorũ immodice cupidos odio persequimur, at maiorem gloriam expetẽtes laudant omnes, & aliarum rerũ uidelicet opum atq; imperii possessionem ad hostes peruenire, gloriam uero uirtutis & beneuolentiam publicam non peruenire, nisi ad hos qui ex nobis nati sunt. Hæc cum legunt Principes, fieri non potest quin ad magnitudinem animi & uirtutem accendant. Quomodo autem uehementius hortari homines priuatim & publice quispiam possit ad colendam iusticiam, quam hortatur Isocrates in oratione de pace, in qua suadet Atheniensibus, ne cõcupiscant aliena, sed sua ditione contenti sint, & paruis oppidis tanquam propriis facultatibus parcant, socios autem studeant beneficiis in fide retinere, non ui atq; sæuicia, ac maiores imitari, nõ qui proxime ante bellum cum Lacedæmoniis gestum funditus euerterunt Rempub. sed illos qui Græciam olim aduersus Persas defende-

runt, & sine ambitione uixerunt. Osten-dit etiam quod Respub. non possit augeri ui atq; armis, sed iusticia & beneficentia ergo hos à quibus depellũt iniurias. Hortatur & ad conciliandas uoluntates omnium suæ nationis ciuitatum, & ut apparatum quidem belli & exercitus habeant, sed ne cui iniuriam afferant, docetq; nihil ad augendas opes atq; imperium magis conducere, quàm iusticiam, & obiurgat alios, qui diuersum sentiunt, qui iusticiã inutilem esse iudicant, & uiolentiam ac fraudes in longum profuturas esse putãt, etsi in præsentia alicubi aliquid lucri afferant. Nec mihi honestiora nec magis uera, aut Philosophiæ consentanea dici posse, hac oratione uidentur.

Iam Areopagitica oratio quantum habet utilitatis? quis non euadet ea lecta modestior? aut quis non miretur magnitudinem animi in Isocrate, qui unus ausus est suadere, ut libertas plebi eriperetur mutata forma totius Reipub. de qua re nullus Orator mentionem facere audebat?

Vide-

Videbat enim tantam esse uulgi licentiam, ut nulli Magistratus cohercere priuatos possent, sed & leuissimus atq; audacissimus quisque diceret ac faceret quidquid libitum esset, & hanc perniciosam licentiam interpretarentur esse popularem statum ac libertatem. Suadet autem ut ueterem Reipub. formam à Solone ac Clisthene constitutam renouent, cuius instituta commemorat, quod Athenienses tunc maius facinus esse putauerint contradicere in consilio senioribus, quàm aciem deserere. Iubet ut libertatẽ iudicent esse, non impunitatem, sed modestiam: non contemptum Magistratuum, sed reuerentiam. Vetat Magistratus mandare his qui nec leges nec iudicia curant, sed uiris optimis, quia reliqui ciues euadant similes Magistratibus. Hortatur ne ex furtis Reipub. priuatas facultates augeant, sed ut ex priuatis rebus in commune conferant. Narrat olim patres diligentius gubernasse filios egressos adolescentiam, quam curauerint in ipsa

puericia: iudicantes magis Reipub. interesse, quomodo in uirili ætate regerentur, quàm in prima puericia, & longe plus ualere rectam educationem atq; institutionem, quàm bonas leges, quia leges delicta admissa puniant, uerum bona institutio prohibet, ne quid pœna dignum committatur.



Haganoæ, ex officina Seceriana. Anno
salutis M. D. XXXIII.
die 19. Mensis
Martij.



